523 f 40
1 — 2

BRITISH MUSEUM

Gulielmi Budæi Parisiensis de Contemptu rerum fortuitarum Libri Tres, ad Draconem Budæum Fratrem Præfectum Scriniis Regis sanctioribus.

LIBER PRIMVS.

Cogitanti mihi Draco frater quodnã industriȩ meæ documentum nomini tuo dicarem (tibi enim debere me nonnihil ex ea ratione existimabã, quã maxime in ȩre meo & cẽsu esse duco) cũ in hoc ocio vel in iis feriis potius mihi magnopere cultis argumentum quȩrerem stili reconcinnandi, quem non neglectu literarum, sed studiorum intempestiuitate hebescere iãdiu marcescereq; senserã, annis iam aliquot curriculo instituto exemptis: redditȩ tuȩ literȩ scribendi materiam non illȩ quidem vberẽ & copiosam mihi, sed veluti thema dederunt in fortunam declamitandi, nec vt imaginẽ mihi litis fingerem ex rhetorum officinis deductã in iudiciũ hominũ lecturorum, sed solutã legibus artis, & propiorẽ simplicitati philosophicæ. Nam

cum his in literis obiter fortunæ meminisses: (vt assolet interdum cum vitæ molestias queribunde cõmemoramus) id tute mihi feciſſe de industria visus es, pro tuaq; in me benevolẽtia, nimirum vt in loco (quod aiunt) prurienti me scalperes, quẽ scilicet aliquando ex eorũ esse numero animaduertisses, quos Græci appellant μεμψιμοίρους. Itaq; nec grauate nec cunctanter faciendũ mihi esse duxi, vt quasi apud acta tibi testatum relinquerẽ qui meus esset sensus de rebus fortuitis. Verebar enim ne tu aut sententiã aut opinionem esse crederes pertinacem, quod temere interdũ me iactare memini de fortuna. Et nosti q̃ vberem materiam habeam inuehendi in illam stolidam & proteruam rerum humanarum arbitram: nec tecum quem illa nũq̃ magnopere pepulit aut commouit: sed cum alio quopiam cui vehementius illa incommodarit, in cuius conuehendi in accusationem temeritatis eius, numenq; falso creditum detestandi. Neq; vero te præterit bona ex parte q̃ infestis illa me telis aduersorũ casuũ labefactare, q̃ acuto crebroq; mucrone iniquitatis sauciare intenderit: q̃diu de statu graduq; deiecerit constantiæ atq; tranquillitatis, quoad postremo animo iam confirmatũ, atq; intra philosophiæ præsidia vel tutũ vel securũ, velut in gratiam mecũ reditura pellexerit p̃ specie rerũ nouarũ, in locũq;

ꝓtraxerit iniquissimũ, vnde ne ĩtellecta quidẽ fraũ de tumultuosisq; eius insidiis absterritus, in ꝑsidiũ redire meũ potui anteq̃ pœnas pẽpẽdi statiõis derelictę. Hosce vero tu ludos spectabas ex vmbraculis vitę ciuilis & compositę, ita vt nihil oculos tuos falleret, aut certe tuas aureis. Quo tẽpore tibi amicisq; meis ad res nouas me sollicitantibus, ac velut ignauũ maleq; de me liberisq; meis meritũ increpãtibus, illa omnia quę speciẽ haud dubie luculẽtam prębebãt, fortunę ludificatiões esse ꝑdixi, eũ exitũ habituras quẽ vos postea vidistis. Siquidem certo quodã ac pertinaci augurio conatus illos meos seseq; proferẽteis spiritus retũdente identidẽ veritus sum ipse, quasiq; cõmonefactus ab aliquo nõ maleuolente numine, quo minus perlectãti fortunę crederẽ me, auręq; blãdiẽti vela statim panderẽ, simul ne vestris adhortãtiũ me & cõfirmantiũ spõsionibus plus tribuerẽ q̃ meo iudicio, quod memetipm sperare nõ sinebat. Meministi quidẽ certe cũ tu iuratissimiq; amici mei grande aliquid portẽdi mihi haud vanis de causis cõiiceretis, me nunq̃ agnoscere fatidica vestra adhortamẽta ad eã spem voluisse. Nec tñ ob id postulo vt tu meã vel cõstãtiã vel rerũ futurarũ ꝑsensionẽ protinus ob id ꝓbes, nisi mihi, tibi, aliisq; constet iudicii mei ratio in ꝑteritũ & in posterũ, quãtũ quidẽ in me situ erit, & ĩ homine.

Et spero Prouidētiam quasiq; persentisco cōsilium
ꝓpositūq; meū approbaturā. Id quod porro ipe ex
re ipsa cognosces, si me expectatio mea, certaq; &
meditata ratio nō fefellerit. Quā ita me subduxisse
ad peragēdū extremū vitę actū cōfido, vt quod es-
se videbat fortunę iniqtatis, q̄ me semp irritū fecit
conatuū meorū & inceptorū, id Prouidētię altum
quoddā cōsiliū tute sis existimaturus in posterum.
Certe vtcunq; sit futurū ad extremū, res hactenus
(vt interp̄tor) haud mihi male vertit. O crassam
ignorātię meę nebulā in ęstimādis rerū euentis, &
ego rerū expetendarū auersandarūq; male consul-
tus, querebar iniuriā fati, quasi scilicet cōsulta mea
recte atq; ordine cōstituta, abruptis atq; iexorabili-
bus decretis fatorū discuterētur, conniuereq; adeo
ipsam summā rerū arbitrā Prouidētiā interim exi-
stimabā, summissim etiā interdū sic cū ea quasi ex-
postulabā, ac si mihi ipsa in hoc sæculo nollet bene
ac cōmode consultū, idq; tū maxime cū ipsa de me
cōmodissime (vt spero) atq; etiā idulgētissime cō-
suluerat. Equidē Draco etsi vereor ne prępropere
quidpiā ꝓnūciasse videar de reb9 futuris adhucq;
ancipitibus, apud te tñ & fratrē & amicū summe
mihi familiarē nō verebor dicere quasiq; gloriari,
tantū me Marliana philosophatiuncula paucorum
mēsium profecisse quā tibi prędixerā, vt nunc pri-

mũ videar mihi viuere: non itẽ ante, quũ tm̃ erã in vita, aiamq; ducebã. Eat igit' iã fortuna: & se suãq; illã mirificã vẽditet potẽtiã inter istos qbus literarũ ipsis ignaros esse cõtigit, & exptes philosophię. Ego ne vt rursus cũ genio meo belligerare insistã, atq; obluctari Mineruę, vt officinã illã fortunę, illã constãtię labẽ adeũdã mihi iã esse putẽ & cõsectãdã? illũ iterũ scopulũ trãquillitatis atq; innocentię periclitãdũ? Non faciã, nisi si geniũ p̃stitẽ mihi datum, auctorẽ ac ducẽ eiusce cõsilii habeã. Tametsi visendũ id spectaculũ esse nõ negẽ: iis etiã q citra personã ac p̃textã instituerũt curriculum suę vitę, iis quoq; q intra vmbracula scholæ philosophicæ. Quo magis. s. discãt ipsi internoscere vitã beatã a fortunata: adulteratãq; felicitatẽ, & imaginariam a iusta, germana, & syncera. Tãtũ abest ip̃e vt pœnitendũ esse ducã aut pudendũ q, id mihi non semel inspicere conuenarũ conciliabulum licuit, ocioseq; lustrare. Sed nullus locus ęque lubricus, cũ alioqui nihil fere sit in vita tam stabile, in quo humanũ vestigium non fallatur & lapsetur, terra vtiq; fallaci vsquequaq; & cœlo tm̃ certo. Atqui ego me nõ tã mea prudentia q̃ fortunæ malignitate, hominũq; fortasse opera nõ mei amantissimorũ, ne æquitatis quidẽ (vt opinor) hoc assecutũ puto, vt in loco discriminis pleno, quasiq; in conuentu pestilenti

fuerim, ita vt noxã nullã cõtagii cõtraxerim, vt va
ſtã erroris colluionẽ igreſſus, in luto nõ hęſerim,
quo multi etiã acres mortales & prudentes hauſti
ſunt. Vnde ſi mihi pronus liberq; vltro citro com
meatus fuiſſet, fortunęq; aſpiratio voto meo ami-
corũq; cõpetiiſſet, pedes ipſe vtiq; nũq; expediui-
ſem. Tãetſi tu mihi in primis cõſcius es: (nullius
alioqn cõſilii merito nõ particeps) q; certus ſemp
huius propoſiti fuerim, q; fixo cõſilio ac cõfirmato
auſpicãs, progrediẽs, ac decedẽs eo munere defun
ctus ſim: quod mihi hilari ſerenaq; fronte munificẽ-
tiſſimi Principis, lętiſq; & fauſtis multos; omnib9
iniũctũ erat nihil minus aut expectãti aut poſtulã-
ti. Tũ etiã aulę ſalutẽ vt diceré primo quoq; tẽpo-
re feciſſe cupidiſſime, amicis reclamãtibus, q vt ſa
tis cauſarius miſſionẽ flagitaré, vereri ſe dicebãt.
ſi tñ miſſionẽ flagitare eſt vltro ſe & prima occa-
ſione ſacramẽto ſoluere. Quos; auctoritati in ea re
me nõ ceſſiſſe ꝓpinquos; nõnulli tecũ mihi ſuccẽ-
ſuere: anteq; ſcilicet certioribꝰ argumẽtis euẽtuq;
cõſiliũ illis meũ tibiq; (vt opinor) approbaui. Nec
dũ.n. cõmiſerã vt illiberali auctoramẽto imperioſq;
illi curię aiorũq; auctoratrici obſtringeré fidẽ Phi
lologiæ meę: quã liberaliter ſemp habui, oiq; nexu
ſolutã. Quare libertate cõſulta vna cũ hõeſtate, qd
obſtat quo minꝰ exauctorare me ipſum potuerim

& inculpate? Hoc certe nō inficiabere, ne alioſq; lē
ge me fortaſſe prudētiores, cōſilio meo intellecto,
pedibus ſtatim iuiſſe in ſenatū meā. Cuius cōſulti
decretiq; mei & facti denicq; adeo me non pœnitet
(quod tū ipm tātū abeſt vt frequēti ſenatu amico
rū factū ſit: vt huius ſentētiæ princeps Philologia
illa mea fuerit: cui⁹ p̄rogatiuā opinionē, eiuſq; ger
manę Philoſophię auctoritatē, volūtas & arbitriū
ſummo ſtudio ſecuta ſunt.) Verū vt dicere cœpe
rā adeo mihi factū id meū nō excuſandū videt, aut
ſilentio diſſimulationeq; p̄mēdū, vt nō modo ratio
nē eius ſperē mihi cōſtaturā i poſterū: ſed etiā hu
ius vt officii fructū quēdā mihi ſpondeā & vberē
& copioſū. ad quē pcipiēdū Attico ipſe vſur⁹ ſum
& Romano inſtrumento: nā vtroq; Marianū hoc
meū iſtruere iā cœpi. Nec vero me nūc vlla res ma
gis cupidū lucis facit, valetudiniſq; paulo firmioris
appetētē, q̄ eius tpis expectatio, cū mihi libero &
feriato vti frui liceat ingenii, puētu: quod mihi me
diocre ſane ac tenui dote inſtructū quū natura de
diſſet: multos iā annos ſummo labore oiq; animi
cōtentione colui ac ſubegi, multipliciterq; verſaui.
Quarū rerū fructu ſenectutē iā appetentē fraudaſ
ſem, liberorūq; meorū hereditatē, illā quidē haud
ita multū alioquin opimā: niſi homines quidā vel
mei vel literarū patū amici mēte mala diſſimulato

effeciſſent, vt reſpicerẽ ipſe me, oculoſq; curioſos aliorſum detorquerẽ. Quorũ vt ipſorũ oculis morem gererẽ, haud inuitus equidẽ feci, vt ex eorũ ſtatione faceſſens, in mea mox ſtatiua redire properarẽ interuallo haud ita lõgo, a qbus infenſo iã numine Palladis emãſitare me ſenſerã. Ad ea autẽ mihi iuſtũ eſſe poſtliminiũ ideo confidebã, q̃ nulla vnq̃ illic hominũ comitate, nulla p̃henſatione, nulla rerũ nouarũ ſpecie atq; feſtiuitate vſqueadeo capt⁹ ſum vt ea deſerere præſidia meditarer, in quibus cõſenescere ſtatuerã animãq; profundere. Nũc eo mihi primordia huius cõſilii propoſitiq; euaſerũt: vt iis telis in fortunã vſurus ſim, qbus illa me ſternere ac cõficere adorta eſt, eius etiã copias haud ægre proculcaturus, quas bona pars hominũ, aut certe pars maxima cũ ſtupore ſuſpicit. Quos; em̃ telorũ ictibus improuiſis perculſus primũ erã, & pene labefactatus: ea ipſa tela ſtatim atq; ſubſiſtere cœpi, & in pedes erigi ac confirmari, vitalibus haudquaq̃ hęſiſſe intellexi, aut acte deſcẽdiſſe, ſumma tm̃ innocue ſtrinxiſſe p̃cordio; ſenſi, tumultuq; magis animũ q̃ vulnere cõſauciaſſe. Nec tm̃ illud nõ memini: ne glorietur accinctus vt diſcinctus, quod ſacer auctor inquit. Quare vereor ne propoſito meo nõdũ plane exorſo, mihi ita gratulari videar, atq; ſi oẽs meas rationes detextas abſolutaſq; haberẽ: bellũq;

quod mihi fortuna indixit iandiu & cõmisit, ob id securus esse, q̃ vno aut altero rerum aduersarũ cõflictu decretum iri sperem, vel q̃ egregiam quandam fortitudinem ad extremum in eo exhibiturũ me confidã, quod non tam humanæ virtutis, q̃ arrogãtis est & Stoicę vanitatis. Tibi autem Frater quẽadmodum negocium hoc succedat aut procedat, non satis ex literis tuis intellexi, quarum non hoc erat argumentum. Hoc scio, nisi ex æquanimitatis gradu quem iãdiu occupatum constanter insedisti, leui molestia deiectus es etẽq; incommodo, nisi ratione ista longo vsu cõfirmatam, nouus hic tibi casus excussit, & abstulit, quod fieri vix potuit, nõ magnopere consolatione mea te aut cuiusq; egere. Noui æquitatem istã animi, memini te aliis fortunæ traguis aliis atq; aliis ictũ, nec tamen vnq̃ vel afflictum, vel turbulenter concussum. Quod nunc apud me fortunæ iniuriam questus es, fecisti id tu quidem nimirum æquanimitatem mihi magis labantem vt confirmares communitate sortis, q̃ vt egritudinem animi tui leuares ac leuires commemoratione doloris. Sciebas me annos iam plus quatuordecim ita valetudine cõflictatum, vel cõflictari potius, ppe mẽbibus vt alternis animũ despõderim, aliquot etiã annis in diẽ in noctẽq; vineri, dolore noxaq; noctu grassante ꝓcipue, insomniisq; in-

terdū iugulum appetẽte tumultuoſe, ſępe adeo vt poſtridie incolumẽ me mirarer, & nūc etiā mirer, nec inter ſuperſtites me magis & mortaleis q̄ inter manes mortuoſq; cẽſerem. Cuius inualetudinis tẽpus etſi mihi multū hilaritatis e fronte, alacritatis ex aio, feſtiuitatis in occurſu, vrbanitatis & comitatis in cōuictu exemit & deterſit, gliſcẽtem etiam in dies literarum amorem vitę alioquin abiectę retinaculum, diſcendiq; contentionẽ retudit & infregit, tamen nō vſquequaq; iners mihi atq; calamitoſum id fuit, neq; omnes tot annorū dies, ideo atris calculis numerādos cenſui, etiam ſi vix centeſimus quiſq; mihi purus ab eo morbo fuit, vt ſæpe teſtatus ſum ſtupẽtibus medicis, quibus nunq̄ (vt opinor) fidem feci tāti mali, cuius exemplū nō meminerūt. Nā p̄terq̄ q; ſcripta mea qualia ſunt ea cūq;, intra id tẽpus fere inſtituta, orſa, & edita ſunt, etiā hāc vitā tam obnoxiā pro nihilo ducendā eſſe didici, experimentoq; cognoui, vt cuius dies & noctes earūq; momenta ſingula ad functionẽ cedūt extremi tumultuoſiq; fati, quod oēs auerſamur. Id quod etſi philoſophia docet, quę mortis eſt ipſa commẽtatio, euentaq; & exempla quotidiana oculis ſubiiciunt, multū tamen altius, multūq; ſtabilius in animis humanis perfidūt documẽta monimẽtaq; quę tā p̄ſenteis repenteiſq; ſubinde cient tumultus. Sic

autem ſunt res humanæ: eaq; eſt vis & ratio caſuũ & euentuum: vt pro hominum opinione & ratiocinatione ad quos eę res pertinent, cõmode vel incõmode ceſſiſſe videantur. Vt eñ ratione eius quod acciderit inieris, ita id fere in vtranq; partem valebit. Quo fit, vt ſi quis dono quodã diuino, atq; etiã vberrimę cuiuſdã virtutis largitione, hoc aſſecutus eſſet: vitę vt degendę ratione ſcite ſubducere, ac colligere poſſet exacte: in eũ vtiq; nullũ fortunæ ius haberet. Ita quã late patere videmus, & in oia pene fortunę ditionẽ, qua ſacra, qua prophana, nõ iure ea naturę ſed hominũ errore moribuſq; cõſtituta eſt. Cũ vero huiuſcemodi virtutis ac prudẽtię rara ſam ſint exẽpla, & pene inuſitata: ſecũda ſors vtiq; primę vicem obtinet, felicíſſimęq; ſortis eſſe cœpit ita rationari, vt plurimos calculos aut notas plurimas numerorum in dextra & candida parte abaci collocemus, ſi tamen ratione ob id ſubducimus vt ex ea ſummã fati colligamus. At hoc cum recte atq; ordine facere philoſophia doceat & profiteatur, nimirũ eã nos colere omnifariã atq; obſeruare debemus. Nã quod tutius tandẽ ſuffugiũ humanę infirmitati eſſe poteſt, q̃ ſi in id ſe contulerit præſidiũ, intra quod miſſilia fortunę non niſi caſſa decidũt & languida? Quod maius hominis altiuſq; faſtigium, q̃ ſub illa cœli rapida vertigine con-

ſtitutũ, caſibus tamen aut temerariis, aut ab ortu, occaſu, ſitu, contuitu ſiderum manantibus, non ita eſſe obnoxium, quin ſui ſemper iuris animus, ſui ſit arbitrii ac iudicii ad confingendam ſibi conformandamq; fortunam? Age nunc contra: Ecquid humilius, abiectius, ſubmiſſius, ecquid deniq; indignius hominis ſacramento: q̃ hominem obnoxiis quidem incunabulis ortum, ſed a deo ſtatim natalibus reſtitutũ initiatione luſtrica, ius deinde a fortuna petere temeraria atq; impotenti arbitra, ordinis, diſcriminis, delectus hominũ rerumq; neſciam tum pœnam præmiumq; (quæ duo ſunt præcipua mũdi adminiſtrandi inſtrumenta) non ex iuris præſcripto, non de æqui boniq; ſententia: ſed ſortis ſuffragio, ſed temeritatis alea diſtribuentem? Porro autem cum multa indigne moribus hominũ errorecq; publico recepta ſint & confirmata: tũ longe illud videt indigniſſimũq; Prouidẽtiæ ſæpe attribuimus id quod temeritas caſuũ aleaq; ediderunt, cum interim diuerſiſſima ſint natura, prouidentia ac temeritas. Atq; earum rerum cæcas eſſe cauſas nunc autumant fere Theologi, intra caliginem multam iudiciorum Dei conditas. Quaſi vero functiones Prouidentiæ circa iſta terrena concretaq; conſumantur magna ex parte: diuinumq; ſit opus ima ſummis non dico permiſcere (id em̃

non dubie Dei eſt prouidẽtię, quæ hac ratione cõ-
didit id quod vniuerſum dicitur, aptęq; cõgmen-
tauit)ſed ita cõfundere, vt ſurſum deorſum ſit or-
dine rerum inuerſo, & præpoſtera digeſtione par-
tium, vt nec pes nec caput cõpareat ſuo loco, iuſq;
diſtributiuum præpoſtere ſit conſtitutum. Ita ne
vero vt etiam extorres ſint Ariſtides, & eſurianẽ
Socrates & Phociones ſupplicijs extinguantur ca-
pitalibus? Sylla omniũ prope hominũ ſęuitiam im-
probitatęq; ſupergreſſus, cognomẽtum Felicis nõ
Dictator, non priuatus, non poſt mortem tetrã-
amittat? vt hodie tam ſit quiſq; fere copioſiſſimus
atq; exiſtimatiſſimus, q̃ eſt ab eruditiõe morumq;
probitate alieniſſimus? vt ii fata mũdi regant, ſum-
mamq; rerum ſępiſſime moderẽtur, & pro arbitra-
tu ſuo verſent, qui nec artes ciuiles nouerũt, nec ho-
minum virorũq; delectum? denicq; vt doctrinæ ele-
gantis & decorę profeſſio, morũ conſtitutio, reipu-
blicæ charitas, nullo loco ſint, nullo numero, hacte-
nus quidem certe vt ad gerẽdos honores commo-
dacq; accipiẽda, prophana, ſacra, religioſa valeãt? Po-
ſtremo vt mundus qui græce nomen habet ab or-
natu & ordine, & rerum diſtinctione, certis, ratis,
cõcinnis ordinibus deſcripta, tanta iam indignita-
te, licentia, deformitate, indecora ordinũ peruerſio-
ne nomẽ illud ſuum decorũ amiſerit & auguſtum.

nec iam mundus, sed orbis iners sit & inconditus, dũtaxat quod ad centrum eius pertinet? Nã proh diuum hominumq; fidem: quid tam prępostérum esse, tam cum prouidentia dissidere potest, q̃ q; decus vitæ, ornamentum regnorum, columen rerum pub. sciẽtia & facundia Herculeo nodo complexę, moribus consentaneis cõditæ & expolitæ, ingenia excellentia, numeris compluribus exculta & locupletata naturæ & doctrinæ, pro cuiusq; sæculi regionisq; captu, inter inertes, plebeios, in orbẽq; coactos fere iacent per cõniuentiã publicam ac principum, & fortasse per factionem paucorum, ne in classibus quidem vltimis locũ habent, nisi tot tãtaq; virtutis naturęq; insignia turpiter, obnoxie, supparasitabunde fascibus submiserint proteruæ insolescentisq; potẽtiæ? In quibus omnibus id demũ mea sententia opus est prouidentię luculentum ac mirificum: q; in tanta, tam fœda, tam turbulenta caligine errorum: tamen religio, pietas, iustitia, æquitas, atq; innocentia permixtæ & veluti obrutę, suam dignitatem, suumq; splendorem obtinent sententia populari: tanto etiam illustriorem, quanto lumen intensius fulget in tenebris q̃densissimis. Quis est enim adeo perditus, ita facinorosus, quẽ sanctitatis atq; innocentiæ nomen, non aliqua veneratione ac religione ita obstringat: vt malę men-

tis impetum inhibeat aut infringat? Quicquid autem ſcelerum, flagitiorum, indignitatum, piaculorum quotidie exiſtit noxa paſſim bacchante, quicquid anceps ac contingẽs rerum exitus edit, quicquid ſubſtantiarum cœleſtium ſphæricarumq; defluxus exprimit, quod neceſſitatis inſtar habere dictitatur ob vehementiam effectus, id ad Prouidentiam referendum cenſeo, dũtaxat vt conditricem, omniumq; rerum cauſam remotiſſimam & primariam. Quippe quæ creatis a ſe rebus ſuiſq; opificiis a principio vires æternas atq; effectus quibuſq; ſuos & peculiares indidit, mirificos ſane, ſed haud ſcio an indeprehenſos ingeniis humanis. Quemadmodum (niſi fallor) Prouidentiæ diuinæ opus eſſe perhibetur quicquid bene ſecus ve admittitur ab vnoquoq; noſtrum ait in ſe aut in alterum, q̃q̃ aliæ ſint cauſæ complures intermediæ & admotæ, quibus in ipſis liberum arbitrium vice ſua fungitur, ad quarum effectiones Prouidentia plerunq; patientiam miro quodam modo atq; indeprehenſo accommodat atq; conniuentiam diuinis vtiq; modulis attemperatam, nõ item afflatum & aſſenſum. Tametſi in magnis rerum temporumq; inclinationibus, in expiandis ſceleribus publicis aliqua inſigni clade, in priuatis etiam interdum piaculis conſpicue vindicandis, in tuen-

dis deniq; aut tollendis vniuerſitatibus deſtinatam
Dei prouidentiam rerumq; propriam experimur,
tantumq; non cernimus oculis ac ſenſu percipi-
mus, cum ita viſum eſt & libitū Deo optimo ma-
ximo, a cuius haud dubie iuſtitia & clementia tan-
tarum rerum cauſæ cæcis quibuſdam ductibus &
in alto Prouidentiæ abditis proficiſcuntur & ma-
nant. Hoc priſci animaduertentes viri ingenioſiſſi
mi, veræ quidem ipſi pietatis imprudentes, ſed ta-
men numen illud vnum ſummumq; olfactantes,
Deam quandam nomine Adraſtiam diuinitate re
ligioneq; donarunt. Quo figmento intelligi volue
runt animaduerſionem diuinam, in eos vindican-
tem qui ſuperbe, arroganter, inſolenter, tyranni-
ce, ſcelerate, perfide, proterue in vita verſabantur,
nomen ex eo ſortitam q; nullus animaduerſionem
eius vitare effugereq; poſſit. Eandem etiam Neme
ſim cognomēto vocarunt, eo nomine diuinam irā
ſignificantes, tanq; inuidia inſtinctam ac percitam
in eorum euerſionem qui rerum ſucceſſu inſoleſcē
tes, & fortunæ indulgentia corrupti, impotenter
efferunt, eo vſq; faſtu atq; inſolētia erūpente, vt hu
manę ipſi cōditionis nō meminerint tot caſib9 ob
noxię. Mihi vero videt Prouidētia functione qua-
dā vberiore velutiq; cura p̄cipua animis humanis
incūbere, in iiſq; immorari vt ſimplicib9 ſubſtātiis

ſuapteq; natura abſtractis, & ad ſimilitudinẽ Dei conditis ad intelligentiam, licet conſociati ſint corpori & illigati. Qz ſi porro conditionem hominis ſpectemus ex quo natura noſtra cum diuina conſociari cœpit, cum ſcilicet caligine ignorantiæ diſcuſſa veritas ipſa ſeſe protulit: viamq; nobis ſapiẽtiæ tradidit & præiuit: inueniemus (vt opinor) hominem mortalem eundem & immortalem natum, ita in mundo ſtatutum eſſe a Deo & editum, quaſi athletam in arena, ea lege & conditione naſcendi in medium prodeuntem, vt prout ſors exierit, aut occaſio tulerit, aut temporis, ordinis, aliaveq; uis ratio qualitaſq; poſtularit, itemq; vt æquitas agonothetarum iudicumq;, aut rurſus iniquitas imprudentiaue fuerit, in hoc aut illud ipſe certamen aut plura, in durum aut facilem obluctatorem incurſurus ſit: & facile aut ęgrè labore perfunctus: non eodem ille quidem exitu, nec pari honore ignominiaue, præmio ſupplicioue, ſed p modo exhauſti certaminis exanclatiq; laboris, iis qui recte & gnauiter: aut detrectati & auerſati, iis qui molliter & incõpoſite defuncti certamine fuerint. Huius porro certaminis & arenæ huiuſcemodi opifex eſt Prouidentia, architectiq; rationem obtinens, Agonothetis etiam ſumma, reiq; totius moderatrix. Hoc enim ſibi theatrum inſtruxit Deus,

in quo tanq̃ delectum copiarum ſuarum factita-
ret. Verum munus id Deus non tam ſuo ductu q̃
auſpiciis adminiſtrat ſuis & imperio. Itaq; legatos
ſuos & præfectos primum habuit acres homines
ex familia ſua delectos, qualiq; e ſinu prolatos Pro-
uidentię, quos huic muneri prouinciatim deſtina-
uerat, quibus etiam leges ponendas, conſtituen-
doſq; ritus atq; tuendos mandauerat. Summa au-
tem adminiſtrandi huius muneris, fungendiq; cer
taminis, cum in præmiorum pœnarumq; diſtribu
tionibus duobus quaſi cardinibus regendæ huius
vniuerſitatis vertatur, diſciplinam eam eſſe voluit
ſummam & præcipuam de elogiis diuinis eorum
q; traducibus deſcriptam & conſecratam: quæ
Pontificia iura vno nomine vocantur, iuris ciuilis
ac priſci quoad eius fieri poteſt æmula. Ab his
fontibus æquitas diſtributiua auctoritatem ſuam
maieſtatemq; & adepta eſt olim, & diu conſerua-
uit. Sed vt ſunt res humanæ natura comparatæ,
& in deterius procliuæ, potiſſimam huius fun-
ctionis partem fortuna vendicauit ſibi & retinuit
principum hominum culpa: qui quod virtuti de-
bebatur, muneris ipſi ſui fecerunt & liberalita-
tis. Ex quo veluti fonte iniquitatis, tanta indecen-
tiæ, dedecoris, fœditatis, indignitatiſq; colluuio
orbem noſtrum inundauit in ſacris & prophanis:

vt iam virtus nō plaudenda, non palmaria in theatro, sed deiecta & exacta explosaq; esse videatur. Hæc culpa, hic error, hoc caput, quo ex capite malorum omnium Ilias, errorumq; (vt ita dicam) Odyssea emanauere, incrementumq; sensim habuere, & progressum quem videmus. Indidemq; error ille ortus est, vt temeritas fortunæ & propudium (vt plane loquar) administrationis summæ rerum, auctoritatem sibi mutuetur e cœlo quasi affinis Prouidentiæ. Accedit huic culpæ vel arrepit potius veterator ille Stygius, errorum nostrorum architectus & adornator, rerum q̄libet compositarum interturbator, q̄uis fixarum legum labefactator, qui q; ipse in ordine cœlesti decoreq; acquiescere nequiret, e sublimi deturbatus est, in Tartarumq; deiectus. Hic fortunæ olim diuinitatem, nunc (quod demum potuit) auctoritatem ita asserere instituit, vt fortunæ largitio Prouidentiæ benignitas esse credatur, & pro augusta illa venerandaq; Prouidentia (si diuis placet) Pseudopronoeam laudemus, auctorem eorum quæ temere, perperam, & conscelerate fiunt. Iam vero, quum diuinis elogiis testatum habeamus & persualum, experientia insuper cognitum & perspectum, vitam humanam partim pugilici certaminis instar esse, partim instar militiæ similem,

eoſq; longius a diſcrimine abeſſe, extremaq; & horrenda internicione, qui in caſtris labore ac calamitate cinctis æra merent in mœrore, ne ipſa quidem ante perſoluenda, q̃ extrema peracta ſint ſtypendia, militeſq; CHRISTI ſigillatim miſſionem obtinuerint, quam vix fas eſt ipſam flagitare: Quid eſt tandem quod queri iure poſſimus? An quia nos Prouidentia, tentoria aut ſtationem habere, opuſq; ibi facere aut præſtituit olim, aut finit nunc, vbi ægre & cum tumultu munera obeuntur? At id fit imperio & auſpicio ſummi ducis & ſeruatoris, qui ex eo imperator eſt conſalutatus, q̃ ſignum mœroris in locum illum editum arduumq; multo cum ſudore pertulit, vnde Teſſeram ſalutarem petimus venerabundi ab ærumna nomen habentem. Nempe in iis ſtatuis cum ipſe non neſcius eſſes multa iam me æſtiua hybernaq; egiſſe non ſatis æquo placidoq; animo (identidem enim me quaſi oneri ingemiſcentem meminiſti ac vidiſti) quo me nunc redigeres ad æquitatem animi, de induſtria feciſti, vt te mihi literis velut manipularem adiungeres, in contuberniumq; adoptares. Quæ tuæ literæ cum in negocio ſubacerbo animi quandam ſuauitatem reſpiant inter querelas retentam, mihi ipſe non ſuccenſere non poſſum in hac conſcientia. O me

miſerum, qui multis iam ſtypendiis id aſſequi nequeo, quod in rerum minus ſecũdarum tyrocinio olim tu adeptus (vt memini,) etiam nunc retines vt ſentio. Nam cum natura inferiores animi vires mihi dederit, q̃ vt deſpicere impetus aduerſarum rerum queam, nec fortuna faceſſere mihi negocia definat, (tędia enim eius infeſta pertuli prope iam ex quo certo memini eum adoleſcentulus eſſem, crebra, varia, ornamentiſq; meis incommoda,) in locum quendam ſane editum ipſe vt conſcendam neceſſe eſt: quem in locum minus certos ictus ac libratos habeant eius pila, ſimul vnde propior ſit receptus ad præſidium philoſophiæ. In quo ego ſiquando caſtellum aut propugnaculum nactus fuero, Deo bene iuuante ſecuritate iam ſuccinctus, in numen iſtud tetrum fortunæ probra ad ſatietatem ingeram. Sed redeundum ad rem. Age eſto vt fortuna quietis meæ ſtudioſæ ſemper interpellatrix, animum (vt opinor) exoſa internis bonis quæ dicuntur, longe plus tribuentem q̃ externis & fortunæ, ita nunc mecum redeat in gratiam, vt quod hinc eſt intercapedinis ad fatũ meũ vltimum, liceat mihi curis, angoribus, ægrotationibus, atq; ęgritudinibus vacuo quaſi diem vnum feſtum agere, vacationem tædiorum mœrorumq; præſtantem, num debeam protinus hanc condi-

tionem arripere & amplecti vt felicem me fu-
turam haud dubie & beatum? Equidem non ar-
bitror auctorem te mihi & suasorem futurum,
vt qui probe noris indulgentem homini fortu-
nam atq; obsecundantem, sæpius maleficam fu-
isse damnosamq;, q̄ aduersam & infestam. Neq;
nunc ista ad normam inspiratæ philosophiæ exi-
go oraculisve proditæ: cuius tu in primis do-
gmata veneraris & amplectere. Loquor ipse ad
captum communis prudentię, cuius expertes quo
q; literarum compotes sunt & capaces. Nam no-
strorum philosophorum qui ex secta germanæ
sapientiæ astruunt sua decreta, vt quisq; maxi-
ma cum auctoritate summoq; scholæ piæ assen-
su de iure diuino responsitauit, ita ominosum
esse maxime fortunæ fortunatorumq; nomen fe-
re censuit & infaustum. Constatq; inter aucto-
res salutaris doctrinæ consultissimos: tam diuer-
sam esse appellationem istam a via mortalitatis ad
immortalitatem ferente, q̄ delitiæ Sybariticæ, vi-
taq; numeris omnibus voluptatis hilaris atq; fe-
sta, a vita remota est ærumnosa atq; cruciabili. At
huius ipsius vitę insignia pro sacro amuleto & ge-
stamine alexicaco, optimus quisq; hodie & pruden-
tissimus libens exosculatur, gestat & complecti-
tur. Quem enim Regum, Principum, primorum,

eorumq; omnino in quorum acriis fortuna vim ſuam ſane mirificam venditat & oſtentat: ac prope modum numen nomini ſuo aſſerit: non pigeat pudeatq; ſanctius quippiam magiſq; ſuaui andum ducere q̃ CHRISTI Seruatoris geſtamina, quibus os oculoſq; luſtrare ſolent, exuuias ſcilicet ipſius ſapientiæ, cuius præceptis, interdictis, conſultis, exemplis, & inſtitutis, reipubl. ſumma qua ſacra, qua prophana, inſtituta eſt & cõfirmata? Nec eſt vlla pars reipub. vt omnia percenſeas, in qua huius doctrinæ non acris ſit memoria conſignata & conſecrata, etiam ſi mores rurſum in licentiam vetuſtam reuoluti ſunt, eorum vtiq; incuriam qui habenas rerum tenent, noxa ſtygia excipiente omnium illa quidem occaſionum aucupe ſolertiſſima. Proh diui immortales: nõne hoc ſi foret in terris rideret Democritus? quæ nos auguſta, ſanctifica, hominumq; tandem beantia ducimus & fatemur: hæc ipſa velut auerſanda fugimus & repudiamus. Verum illa errorum ſatrix noxa, exitiabiliũq; rerum conciliatrix, fortunæ diuinitatem lege pœnitentiæ mœrentis abrogatam, ſcitis cupiditatis ambitioniſq; relatis iterum eſſe iuſſit. Itaq; furoris atq; amentiæ inſtar eſt ſi recte æſtimetur: q̃ cum quiſq; præ ſe ferat & dictitet ſe in verba Seruatoris adactum: nemo etiã aquæ & ignis cõmunitate

dignum eſſe cenſeat qui non huic ipſi duci ſe auctoratum atq; in fide eſſe eiuſdem profiteatur, vniuerſiq; quotannis cum rariſſime, plęriq; ſępius ad tentorium eius ſacroſanctumq; auguſtale conueniant, ſolemne ſacramẽtum myſtica dape cœleſtiq; inſtauraturi: vix interim vnũ & alterum inuenias, qui viam illam arduam inire velit ſudanti demum & algenti permeabilem, quam ipſe nobis prærmonſtrator pręiuit. Atqui iis q in fidẽ fortunæ ſe ſuaſq; fortunas conferunt, nihil quicq̃ negocii eſſe poteſt cum CHRISTO in hac via, aut cõmercii, vt ne aſſeclis quidem illis IESV Chriſti fuit olim cũ fortuna, ne eſſe quidem hodie quicq̃ debet nobis, ſi illorum nobis inſtituta cordi ſunt, eorumq; ſanctitatem bona fide colimus. Siquidem cũ IESVS ipſe CHRISTVS paupertatem, inopiam, calamitatem, ærumnam, conflictationem, mœrorem, vitam lamentabilem, immortalitatis viam ingredientibus pro viatico ſtatuerit, quarum rerũ auertendarum cauſa fortuna inuocatur: quid cauſæ eſt tãdẽ quin ſi fortunati eſſe velimus, cœleſtiũ numerũ augere nequeamus? Qua fronte igitur nitimur fidem noſtram Seruatori noſtro probare: ſi vota noſtra ac deſideria cum religione eius inſtitutiſq; diſcrepant? ſi ea vitæ inſtituta ſequimur ac perſequimur equis (vt aiunt) veliſq;, quæ e diametro

opposita sunt eorum disciplinæ, quos vt diuos colimus ac suspicimus? Hoc illud est profecto, illa quę in fide posita sunt, eaq; persuasione quam Orthodoxam vocamus, remissius ac lentius humanos sensus mouent, q̄ ea quæ oculis atq; auribus aliisq; sensoriis partibus percipimus. Qz si rerum intelligibilium spectra sensus nostros tam valide pellerent, q̄ rerum visu, gustu, tactu, aliasq; perceptarum & comprehendibilium, ecquem esse putas iudicii tam infelicis ac præposteri, quin vecordiam esse fateretur ac profiteretur bona hæc temporaria, caduca, fluxa, & imaginaria, æternis, fixis, solidis, veris, & exemplaribus deniq; permutare? illorumq; curam antiquiorem ducere & habere, sola repræsentatione adductos? Nisi vero perinde interest existimationis humanæ, vtrum aliquid in præsenti fruitione positum sit, an in spe potiundi & longa expectatione. Nonne multis in rebus natura comparatum est, vt acrius incumbamus animo in spem rei potiundæ, q̄ in re ipsa potiunda & fruenda acquiescimus? Vt cętera nunc argumenta rei desint, satis (nisi fallor) ad iudiciū esse potest, q; fere homines animi magnitudine præditos videmus bonam ætatis partem in arduis rebus persequendis atq; intractabilibus conflictari & cōfici, illud demū operę precium expetētes vt beatius atq;

honorificentius conſeneſcere liceat, immo vero ad ſenectutem vſq; ſupremam enectos cura & ſollicitudine videas, quo beati, ideſt locupletes aut honoribus præditi feſſam iam animam exhalent. Nonnullos etiam ætate ac robore florenteis videas æquis ac præſentibus animis mortem oppetere, ea demum gratia vt ſepulchris oſſa ſua tegantur elogio cohoneſtatis. Tanta vis eſt immortalitatis, quæ igniculos ciet in animis noſtris ad cœleſtia ſuſpicienda, ſi non errabundos oculos aliorſum detorqueremus. Mihi quidem hæc & alia huiuſcemodi æſtimanti, arbitrari interdum euenit, nihil ante CHRISTI aduentum inueſtigabilius veritate, ab eius vero deceſſione nihil fugacius fuiſſe, quippe quam tot ingenioſiſſimorum hominum conuentus, tot ſcholæ certatim inquirentes, ac per omnia naturę veſtigia indagantes, cum argumentoſos diſputationum labyrinthos nequicq̄ implicuiſſent, nihil aliud q̄ pro veritate veſtigata laborem, fatigationem, errationem ancipitem poſteris reliquere. Deinde cum ipſa veritas in medium prodiiſſet ſub velamento perſonæ, diſciplina quidem illa ſua effectus mirificos edidit ad diſcutiendam caliginem ignorantiæ, quam tenebrarum præſes Horcus orbi terrarum circumfuderat. Hanc cœleſtem diſciplinam veritas e terris decedēs partim

manibus traditam, partim consignatam reliquit, testatāq; deinceps locupletissimis testimoniis. Cuius disciplinæ veneradis atq; augustis ambagibus in æternū consecrateę, cum tot extent commētarii, tot interpretū enarrationes, quibus ex ipsis velut quibusdam conspiciliis veritatem ipsam eandemq; sapientiam tanq̄ in sacrario conditam cernere nobis licet si animaduertere velimus: (etsi eñ in abstruso est veritas, nec cuiq; obuia, post integumentum tamen eloquii sacrosancti ac mystici nuda iacet ipsa, transpiciendāq; se prębet ac pene intuēdā propius accuratis quidem oculis nō itē curiosis.) Fit tamen nescio quo modo nec sine diro stupore, vt tantæ rei tam visendæ spectrum animo nostro non satis adhęrescat, q̄libet impressisse meditatione videamur. Nā simul vt ab eius contemplatione digredimur ad actiones solitas & functiones vitę, rerum vtiq; mirabilium spectādarumq; simulacra e principatu mentis exolescunt, non aliter atq; fugacia vestigia leuiterq; impressa. Quin & eo euasit obliuio, secordia, stupor, vt homines rerum sęcularium atq; interiturarum prudentes, in rebus ipsi sensilibus & concretis philosophentur cataleptice: in rebus ęternis soloq; mentis incubitu perceptis, consideratorem illum Arcesilam non respuant auctorē in assensu summe illiberalē. Tali autem iacto

in animi principatu fundamento, qui fiet tandem
vt ea cohęreant ſtabiliter, quæ ſuperextrui neceſſe
eſt ad finem adipiſcendum bonorum? Nihil vero
perinde valebit ad deſpicandam fortunę potentiã
& faſtum, q̃ ſi toto pectore incubueris ad eã cogi-
tationem quæ nulli non eſt in promptu: fore ſcili-
cet tandem cum omnium rerum quæ in commer-
cium hominũ cadunt, eadem ſit indicatio, nec plu-
ris ſit centies ſeſtertiũ q̃ mille æris poſſediſſe. Tan-
dem dixi? ceu vero in conflagrationem illam olim
futurã te reiiciam. Breui, mox, propediem, iamiam
hoc erit: nec minus paucis menſibus q̃ annis pau-
cis: nec minus cras q̃ perendie. Quid breuius eſſe
poteſt? momenta etiam ſingula cedunt. nec minus
viro, q̃ adoleſcenti: ſeni, q̃ iuueni: valenti, q̃ infirmo:
ſtanti q̃ decumbenti: in pacato, q̃ in hoſtico: ſalu-
bri, q̃ peſtilenti. Oriendi profecto & occidendi con
ditio omneis homines æquat. Cenſus & claſſes &
ordines vitę tm̃ comites, in morte deſtituũt. At in
tra id ſpatium fortunæ imperium cluditur: & vi-
ta cõtrouerſos cum morte fines habet. Terminos
enim fixos nullos eſſe finit naſcendi conditio miſe
re obnoxia. Quodnam igitur illud eſt tantum, tam
exoptandum, tantopere perſequendum, omni ope,
omni contentione quærendum, quod fortunatos
ſcilicet homines facit & beatos? Heu dementia,

fortunatos istos fortunarũ suarũ nõ pœnitet? Immo vero nos ipsos hebetudinis & stultitię non pudet, quorũ mentis aciem splendor ille inanis & vitreus honorũ bonorũq; pręstringit, quibus fortuna cõgiaria sua farcit? Si tu ista magnopere suspicis, eorũq; cõpotes ob id felices putas, nõ iubeo te in æuum cogitationẽ producere, (q̃q̃ id vehemẽter ad rem pertinet) dieculã modo expecta, & pręsto vel tibi vel illis erit fatum, cũ quo extrema sensa subibũt, longe ab iis diuersa atq; abhorrẽtia q̃ mẽtem nũc nostrã & versant & diuexant. Dieculã dixi quasi decẽnium aut altero tanto maius spatium (quod raro indulgeri ingẽti fortunę solet) cũ interim inexorabilis Atropos, dispẽsatrix interuallorũ, in annuã fortasse aut bimã diem æuũ nobis prorogeret, cũ certo certius sit vnũquõq; mortaliũ simul vt in lucẽ editus est, ex edicto mortalitatis perpetuo atq; ęterno, nõ magis in perendinũ diẽ q̃ in crastinũ vadimonio esse obstrictũ. Vt autẽ in cõflagratiõe orbis (quã etiã prisci poetę suspicati sunt) cũ cõpage soluta sęcula tot mũdi sup̃ma coegerit hora, rerũ omniũ indicatura ad assem reducetur, atq; etiã ad quadrantem, nec quicq̃ inter opulentiã intererit & inopiam, honorem & ignominiam, fortunam & infortunium, sic in morte cuiusq; qui quidẽ sensum habeat immortalitatis animi, necesse est

vtiq; vt nouis ſubeũtibus & inuſitatis recordatio-
nibus vetuſtæ illæ obſoletæq; faceſſant, niſi ſi ſtu-
por dirus eſt in quorũdam mentibus (quod in no-
bis abominor) ſidenteſq; adeo & inuſtę ſunt cogi-
tationes rerum mox relinquendarum, vt mortem
illi quidem obeant pecudinam. Proinde decedẽti-
bus priſtinis ſenſibus, voluptatem, hilaritatem, iu-
cunditatem, diuitiarum, prędiorum, prouentuum,
honorum geſtorum recordationem atq; medita-
tionem (quæ ſola menſura eſt diuitiarum) conſen
taneum eſt & veriſimile decedere. Ita deinde miſe-
rum animum de rerum fortuitarum migrare poſ-
ſeſſione, quam manuum, pedum, omniumq; ſenſuũ
miniſterio quæſitam retinebat mordicus & perdi
te & exitiabiliter fortaſſe. Quare cauſam haud di-
ces (vt opinor) quin deſpicabilis nec prædicanda
harum ſit rerum poſſeſſio, quas ne longiſſimi qui-
dem temporis vſu ſuas ita quiſq̃ poſſit facere, vt
non precarias facultates habeat, idemq; veluti fi-
ducia cum fortuna cõtracta beatus demum ſit &
copioſus. Iam vero præter caſus fortuitos, quantũ
vim maiorem improbioremq;, cui etiam fortunæ
ſubiectæ ſunt, quantum inquam demere precio &
æſtimationi cenſes huiuſcemodi rerum quæ arbi-
trarię ſunt fortunę, quaq; veluti mercede licetur li
bertate improba plagiaria ingenuarũ mentiũ ſeſe

ipſi mancipantium? Tametſi alioquin in harum facultatum æſtimatione, non tam copia exuberãs & ſecundans, q̃ vtendi fruendiq; ſcientia refert & cõmoditas, benignitaſq; poſſeſſoris aut malignitas, qui ſi ſibi ipſe vni poſſidet, non humano more ſed canino poſſidet: ſi nec ſibi nec aliis, vt plęriq; prædiuitum, non poſſeſſor eſt iuſtus ſed draco Heſperidum, & cuſtos hæreditatis quæ hæredi aſſeruatur intacta. ſin alias perperam vtitur, felix eſſe quo nam pacto poteſt eo bono quod in malum tandem verſurum eſt? At rariſſima ſunt exempla inculpate poſſidentium & vtentium, ita vides quid ſequatur. Vndenã autem tãta iſta æſtimatio? vnde tam acre deſiderium rerum fortuitarum? Nempe ab errore atq; hebetudine ſenſuum. Quis enim accurate intuens & perpendens, non perſpicit opes, honores, diuitias (quo veluti pabulo inani & imaginario cupiditas humana explere ingluuiem ſuam nequit, ac diram illam famem ſedare habendi & fruendi) nõ ſuapte natura bona eſſe & commoda, ſed bonotũ tantum ſimulacra, ludibriaq; ſenſuum? Quorum ipſorum hallucinatio quum aſſenſorem ſibi animi mentiſq; principatum aſciuit, hominem ſtatim alligat culpæ atq; errore capitali. Nam quibus in rebus Deus & natura inſpectionẽ & arbitratum rationis eſſe voluerũt, auctore ipſe cupiditate ad ſen

ſus aut ſtolidos aut ſtupidos iudicium reiicit. Ita ex cordatis excordes fiunt homines, tum ſcilicet quũ huiuſcemodi illiciis cordis ac mentis humanæ eor rupti, iudicium præpoſterum faciunt, honoratiſſimo vtiq; loco ponentes ac cenſentes ea ſæpe quæ infimi ordinis ſunt cõſtitutione naturę. Quum autem in opinione hominum ſurſum deorſum ſit (vt aiũt) & rurſum prorſum, vix eſt vtiq; vt in eorum actionibus & conſultis quicq; recte atq; ordine ſtatuatur. Quo modo igitur nos CHRISTI ſacris initiati, præmonſtratorem ipſum ſapientiæ, ſalutarisq; viæ ducem ſequimur? Nemo eſt enim qui nõ id habeat in votis, niſi mẽte captus eſt, idq; ſperare ſe dictitet. Nempe vt prępoſteri viatores, qui auerſi & impediti ſarcinis eo ſe peruenturos haud ęgre ſperant quo aduerſi & expediti cum labore ac fatigatione euadunt. Proinde præcipuã atq; antiquiſſimam ipſi potius earum rerum curam habeamus quæ iure optimo & poſſidentur & ad vſum habentur, optimoq; iure eas eſſe res cenſeamus, quæ nec ſunt ipſę fortunę nec principum vectigales, nec eiuſq; omnino potentatus infra ſuperos, eiuſmodi ſunt dos & inſtrumentum animæ, quæ a Deo ſupernisq; poteſtatibus conferuntur, quæq; res aliæ hoc inſtrumento, cultu & ſubactione animi, multipliciq; (vt ita dicam) ſpiritalis ſoli verſatione quæ

runtur. Quãdoquidem hęc propria & noſtra ſunt, ſi tamen quicq̃ ſuum hominis eſſe poteſt: cum interim quę poſſidemus omnia, quo iure cũq; tituloq; ea poſſideamus, a Deo perfecta ſint: ſi ius a capite (vt dicitur) arceſſere velimus, ab origineq; repetere. Sed tamen eſto vt propriũ habere quidpiam ſeruí Dei poſſimus: tam erit certe vnũquodq; maxime hac conditione, q̃ minime obnoxiam cauſam habebit. Atqui eiuſmodi ſunt, quæ nec homini nec fortunę debẽtur, queq; nec tyrãnica valet auferre violentia, nec pignerari iudex, nec ſunt in ea cauſa vt iniectare iis manũ fortuna poſſit vt p̃cariis ſuis aut fiduciariis. Cui etiã libertati accedit, q; ita huiuſmodi pignora poſſidẽtur, eoq; mancipii iure accipiũtur: vt quũ eorum vſu fructuq; vnuſquiſq; noſtrum in vita potitus ſit, indeq; large ac prolixe benigne fecerit, cũ hoc vt nihil eorũ vſu erogationeq; detritum ſit aut intertritũ, ad hæredem etiam aut bonorum poſſeſſorem dominiũ non tranſeat, aut alium quempiam. At bona fortuita ſeu hęreditate deferantur, ſeu emancipentur, ſeu titulo quocunq; ciuili q̃rantur: eo fere iure ſunt vt poſſeſſionis aſſeclas & comites nec feſtiuos nec iucũdos habeant, ſolicitudinem anxiam, rectum illiberalem, cuſtodiã peruigilem, auiditatẽ in dies in horaſq; gliſcẽtem. Tum ſi qd deperit aut intertrimẽto imminuitur:

ſi ſeruando non ſeruatur: ſi amicus rogat vtẽdum: ſi propinquus cuius fides nõ admodum perſpecta eſt, mutuandum, admetiendum, appendendum ſtipulatur: ſi vicinus præpotens aut improbus agri particulę oculum adiecerit, quantum inde indignationis, pauoris, palloris, ruboris, æſtus enaſci poteſt, interdumq; liuoris? quantum præcipitis iræ & ſæpe vecordię ſi iactura luculentior admiſſa ſit? Fortunam te veluti iniquitatis arceſſere ex literis tuis video ob ereptam tibi bene gerendæ rei facultatem, reiq; potiundæ ſpem incommode præciſam, non modo tibi prædiatorio iure debitæ, ſed etiam iam deſponſæ. Quid tandem facturum te fuiſſe cenſes ſi quæſtuariorum vnus fuiſſes, qui pluris compendium q̃ famæ integritatem atq; innocentiæ conſcientiam æſtimant? Equidem te arbitror pro eo vt dolori nunc adluderes (quod literis tuis feciſti nullam animi ſaucii ſpeciem præferentibus) ſuperos (prope dixerim) conuiciis inſectaturum fuiſſe: vt mos inoleuit capitalis, ſi ſecus quid Fortuna de fortuitis ſtatuerit quod ad nos pertineat, iram non vt in ipſam damni aut malefícii auctorẽ importatricemq; noxam, ſed in Deum diuoſq; innoxios obuertamus, tum furias cieamus atq; intemperias, quibus interdum ipſis agimur ac ferimur deſtituente Prouidentia, pœnas nimirũ

pendentes nimiæ ac perditæ rerum fluxarum fri-
uolarumq; curæ. Atqui inter illa tergemina ora
Cerberi teterrimum id esse puto, quod hiantem il-
lam cupiditatem habendi humanæ vitæ exhalat.
Et Veneris enim titillantis, & iræ præcipitis patro-
cinium quiuis susceperus, excusare naturæ vi-
tium posset, cui par esse ratio non nisi ægre potest.
Infrenis autem illa cupiditas & incitata, quæ mul-
tos eximios animos tragicis facinoribus conscele-
rasse comperta est & nostra & maiorum & omni
denique ætate, nescio improbior iudicari debeat, an
ab ingenuis & honestis disciplinis abhorrentior.
Quippe quæ nec fines vllos nec numeros modosq;
nouit, nec quid satis sit, quid quadret, quid excur-
rat, quid exuperet, quid modum impleat, quid cir-
cũfluat, percipere vnq; potest. Quo fit vt vndiq; &
quoquo versus, & vt græci dicunt, πάντῃ πάντως
inepti, inscii, absurdi sint, & a commodis suis alio-
rumq; auersi, nec sui, nec alieni quicq; vere haben-
tes, qui bonorum suorum finem aut in capsis con-
diderunt, aut humi defoderunt. Nam per diuos
immortales, quid pugnantius esse potest cum ra-
tione, quid minus iuri naturæ comparato consen-
taneum, quid denique propius amentiam accedit aut
insaniam, q̃ hominem viatorem eo deinceps am-
plius atq; amplius ad vsq; quoq; mansionem viæ

cari, viatoria etiam vasa anxie corrogare, coemere, ac congerere, quo minus minusq; supereſt ei viæ? Eat igitur & valeat Fortuna, donatiuis suis vberrimis iter eos sese iactet, qui fortunas loculosq; dilatendi & vtilius & amplius esse putant, q̃ animum lautis moribus, disciplinis elegantibus, philosophiæ præceptis instituí, excoli, perpoliri. Quibus ex rebꝰ cũ homini humanitas accedit & induitur, tum vero ratio & intellectus natura trñ inchoata, instituũtur & consumantur, sine quibus nec expedite satis, nec commode, nec eleganter pensum vitæ agendæ absoluere possumus a Parcis nobis tributũ. Id qđ si recte, si probe fecerimus, si agnita fide bona depositum reddiderimus, quid causę est quin vitã auspicato inítam, feliciter actam, sine quoq; beato claserimus & expectẽdo? Det id demũ Prouidẽtia mihi tandem, vt opus arbitratu Domini factum sit, & vitę pensum absolutum, nimirum ipse nihil iam ad rem pertinere fatebere fortunatus id an fortunis euersus fecerim. An vero vt quisq; instructissimus est bonis non modo fortunæ sed etiam naturę, quæ pluris sunt, ita facillime vitam, felicissimeq; trãsigit? Nõ arbitror, ne tu quidem ipse arbitrare, nisi cultus animi accesserit, & mores ad amussim formati, ad perpendiculũ exacti, ad regulã respondẽtes. An emẽdatissime, multo id minus. Quid igi-

cur iſta tã opere expoſcunt, quę nihil ad finẽ bono
rũ pertinẽt, etiã ſi nominis appellationiſq; fuco co
gnationẽ huius generis emẽtiũtur. Atqui ſi ratio
nẽ cõſulueris, harũq; eã rerũ conſultã, prudentẽ, ar
bitrã audieris: quo minore pomœrio inſtituendæ
vitę fines, tuẽdęq; œconomię ſummã circũſcripſe
ro, eo & ſecurius & expeditius vitã egero, atq; etiã
cõpoſitius. Cõpone nũc ſecuritatẽ curis: expeditã
vitę rationẽ, impeditę ſarcinis acceptos: & expen
ſorũ: cõpoſitũ vitæ inſtitutũ & circũſcriptũ, vaſto
atq; immẽſo: & ſtatue vtrobi mẽtẽ atq; animũ &
frequẽtius & plenius eẽ apud ſe, ſectũq; viuere cre
dẽdũ ſit: & aude de eo addubitare. Iã vero animus
externę iſtiꝰ beatitudinis opiniõe ſibutus atq; etiã
ſummerſus, q̃ ꝓrſus terrena eſt, ſuopteq; nutu fidẽs,
quo tãdẽ modo exiſtere ac cœlũ ſuſpicere pòteſt?
Quod tñ ipſum homini ꝓpriũ natura dedit vt nomẽ
græcũ indicat: inſigneq; diſcerniculũ inter anima
tia. Vel quod alii (ſi ſupis placet) cũ habenas effu
derint ferocibꝰ illis bigis cupiditatis atq; ãbitiõis,
cõfidũt, ſimul vt ad immẽſi ſpatii modũ quẽdã cer
tũ ſibiq; deſtinatũ ꝓcurrerint, moderatiõis ſeſe fre
nis affectꝰ effrenatos coercituros: quoco tãdẽ cui
q; nſa mẽoria cõtigit aut maioꝝ: vt cũ velis fortu
nę expaſſis, & aura obſecũdãte vltra mẽtis ſuę ca-
ptũ ꝓuectꝰ eẽt, in vaſtũ illud æquor ſe rapi intelligę

ret cum diſcrimine ſalutis? Quis vnq̃ in hoc curſu nauem blandiente Fauonio aſpiranteq; prouectã, retro inhibere tentauit, portumq; circunſpectare? Ecquo vnq̃ de homine vno & altero audiuimus, qui ita ad ſummum contenti curſus peruenerit, vt illic ſecurus animo acquieſceret? Artes omnes mechanicæ (vt opinor) finium ſuorum ſummam eo conferunt publice priuatimq;, vt corporibus humanis incolumitatem tueantur & præſtent quoad eius fieri poteſt. Artes autem liberales & ingenuę, vt animum moribus iis informẽt, qui vacationem ei præſtare poſſint q̃ fieri poteſt maxime ab extraneis interpellationibus atq; obturbationibus, quo magis ſemetipſa frui mens, ſecureq; verſari intra præcordia, quaſi intra ſepta ſua poſſit: intuſq; ſe continere. Siquidem eo pertinere tãdem arbitror quicquid philoſophia de conſtituendis moribus ſingulorum vniuerſorumq; commentata eſt. Quare quicquid homo non mente captus conſulit, meditatur, & agit, & naturæ inſtinctu, & iuris gentium aſtipulatu: eo ſpectat ad extremum vt incolume domicilium animo conſeruetur: in quo tanq̃ procul arbitris affectibus & obturbatoribus ſenſibus obire functiones ſuas poſſit, ac ſeſe ortumq; ſuum & finem æſtimare & cognoſcere. Functiones porro animi legitimæ, cum ſint intelligentiæ ſum-

ſum ſpectantes ad epiſtem animi, qui animum ſi-
milem ſibi condidit: qui tandem fieri poteſt vt ani
mus ſecularium cogitationum quodam quaſi gur
gite hauſtus, ibiq; ſibi libēter aut ſuis ſenſibus mo
rigerans, exiſtere ſtatis vicibus ad procurandum
ſeſe queat: ad eamq; viam ineundam accingi, qua
in via ſane q̄ proculcata, tamen redeuntium veſti-
gia nulla viſuntur? Quocirca animi illi craſſi atq;
concreti, in luto ſemper hærentes rerum caſibus
obnoxiarum, Fortunam ipſi almam ſuam & propi
tiam colant, cui litare vel tuſculo poſſunt homines
geneſeis fortunatas habentes. Mercurium etiam
illum circunforaneum & queſtorium præſentem,
felicem, propitium habeant, cuius numini Græci
ſua nomina indiderunt. Nos autem Fortunæ mi-
nus reuerentes, de fortunarumq; incremento non
ita valde laborātes, illum agnoſcimus potius Mer-
curium, quem Logium priſci vocitauerūt, tum ar-
tium illum quidem humaniorum, tum rationis il-
luſtrandę præſidem ac potentem. Hic eſt ille Mer
curius, qui a vi interpretandi atq; indicandi conce
ptuum animi, Hermes appellatus eſt. Nam abſq;
eo interuentore foret & interprete, nullum terris
cum cœlo commercium, nullum mortalibus cum
ſuperis pignus cognationis, nulla (vt ita dicam)
teſſera neceſſitudinis immortalis fuiſſet, ne inter

homines quidem ipſos ius gentium coaluiſſet, ex quo velut humanitatis fonte conuenta, pacta, fœdera, charitatiſq; vincula emanauere, retinacula ſane valida ſocietatis humanę, ciuitatūq; coagmenta atq; conuenticulorum: e quibus iura rurſus atq; inſtituta ciuilia ſunt enata, quaſi ꝓpugnacula & præſidia deſtitutę atq; inermis innocentiæ. Indeq; porro iuſtitia non orta, ſed celebrari cœpta eſt. Quod autem ad me pertinet, cauſam haud dico quo minus aduĕtitia iſta bona (ſint ſane bona etiam, quando ex vulgi more ac ſenſu loquendum eſt) apud inſcios, (quæ multo maxima pars eſt hominum,) æſtimationem ſuam indicaturamq; tueantur, locū etiam in cenſu primarium obtineant, quando iure moribus hodiernis cōſtituto cū vbiq; ferme, tū in Gallia, inſcientia, inertia, infantia, belliſſimo quoq; horum bonorum vtitur ac fruitur & exoptatiſſimo. Sic enim neceſſe eſt euenire, vbi iuris diſtributiui æquitatem vnius & paucorum metiuntur placita Fortunę arbitratu. Quapropter iſtum rerum ſtatum ægro animo expendere, hominis eſt imperiti, aut rerum æſtimationis ignari. Quanto enim præſtantius eſſe cenſes homini quidem pietatis recte conſtitutæ retinenti, aliis atq; aliis in dies incommodis afflictari atq; etiam proſterni, q̄ ſucceſſu ſucceſſum excipiente euadere in ſoporem exi-

tialéq; ſecordiã? Quãto exitiabilius eſt animũ rerũ ſecundarũ cumulo q̃ ęrumnarũ obruiſ? Ex illorũ na tione videas proceſſibus immodicis inebriatos, lu dibũde loquitãteis de immortalitate, in diuinis fa ceetos, ſpemq; ęternitatis cũ riſu cauillãteis, ſic vitã ęternã petẽteis vt Cęſaris olim candidati petebãt magiſtratus. Ex iſtos nos felices putam⁹, quos pro ſpectatis Mandragora conſopitos anceps illa ani marũ ductat hilaros in exitiũ? Verũ ſint illi ſane fe lices, ſua ipſi felicitate potiantur & acquieſcãt. Ego in eorũ bonorum adeptionem contendam & aſpi rabo, in eaq; contentione acquieſcam, quorum bo norum queſtus & compendium, non in aduenti tiorum rationem, ſed in profectitiorũ referetur, ab iis quidem certe qui recte & ex fide tabulas confi ciũt, herilẽ reuerentiã nõ exuentes exuberãte profe ctu. In iiſq; demũ rebus peculiũ occupabo, q̃ nec in cõmercio ipſa ſunt hoim magno licitantiũ, nec pro ris addicẽtis edicto venũdãtur. Et qm̃ mãcipio dã tur accipiũturq;, in iis vtiq; fortuna nihil ſuũ vendi cat, quũ nihil ipſa dare poſſit niſi fiducia cõtracta. Horum autẽ bonorũ poſſeſſor ſolum Deũ laudat auctorem ſi probe ſe nouit ipſe. Quare in eo præci pue animaduertenda cautio eſt. Caput eſt autẽ mi vt bona fides inoffẽſo tempore comitẽ poſſeſſionẽ, & ſcitis imiſperitorũ magni refert quo quoq; poſſi

deatur animo. Hic mihi reſpondere (vt arbitror) non grauabere ſi te rogem, (cum enim altero genere ſis & ample & probe peculiatus, tum alterius generis ratione ſemper accurateq; habuiſti,) num horum bonorum quinq; minas totidem talentis illorum rependi poſſe putes? Quid quinquies quinq; talentis? Quid deniq; ſexcenties multiplicatis? Non ſum neſcius hæc & illa te expendere ad Critolai libram ſolere. Quare bonorum animi lancem ita propendere vtiq; cenſes, vt ne orbis quidem vniuerſi poſſeſſione ſubleuari poſſit, ſi in altera lance quoquo modo imponatur. Ita vides quo redeat ſumma largitionum fortunæ, ſiquis recte ratiocinari didicit. Sed iſtam inire rationem ii nequeunt, qui populari ciuiliq; trutina externa bona corporiſq; penſitant. Cæterum cum quicquid facimus ac conſulimus, eo ſpectare debeat, vt vitæ recte atq; commode degendæ inſtrumentum ex eo augeamus atq; tueamur, philoſophiam (vt opinor) conſectari debemus acriterq; complecti, qua nullum eſt commodius præclariuſq; inſtrumentum rebus tum aduerſis tum ſecundis fungendis. Hac enim magiſtra rudimenta rite ponemus tolerātiæ atq; æquanimitatis. Hac duce atq; imperatrice inſtructā (vt dicā) aciem firmā conſiliorū auctoritatiq; ſacrarū habebimus, accinctāq; cōmētationem

aduerſus Fortunæ impreſſionem; quæ mentis humanæ conſtantiam rationéq; oppugnat, & ſæpe loco graduq; mouet. Simul vero auſcultare ſacroſanctæ illi magiſtræ cœperimus, dictataq; eius edi ſcere: tantam eſſe diſcrepantiam inter ſenſum humanum diuinumq; iudicium intelligemus, vt quæ abiectiſſimæ ſunt ſortis apud homines, queq; per incendia, cædes, periuria, perfidiam, per certam denicq; perniciem fugiuntur: ea auctoritate euangelica eſſe in prima commẽdatione poſita: & vice verſa quæ nos vt in primis expetẽda beatamq; vitam efficientia perſequimur, adeptiq; retentamus, interdum cum certa præſentiq; noxa illa ipſa auctoritate eadem vel nullo numero locoq; eſſe poſita, vel lubrico, abrupto, & præcipiti. Quo ferme efficitur, vt qui de affluenti poſſeſſione rerum fortunarum terrenarumq; ambigunt & contendunt, & magnopere laborant: non ius quidem ipſi e cœlo petere, ſed velut Horco diſceptante non de ſalute ſed de exitio certare videantur.

Liber Secundus de Contemptu Rerum Fortuitarum.

Ludere hic ſermonem Dra co frater potuiſſem nec in epte (vt arbitror) nec prę propere, niſi me rurſus in altū admirationis quidam æſtus ſtuporiſq; raperet, re putantem ſcilicet quāto ſe piaculo ſcelereq; obſtringe rent ii quos intellectum & mentem inſtar quoddam diuinitatis, & ad fruen dam olim diuinitatem participandamq; producta ac procreata, poſthabere iis rebus non pudet quæ iure trīm gentium cenſentur, non etiā naturæ. Neq; enim video qua fronte, qua fiducia, qua ratione, q bus ex cauſis defenſionem ipſi exorſuri ſint ante ſummū tribunal, præſertim in conſpectu & coro na ſatellitii ſupernatis & infernatis, quod Deo iu dicanti apparere credimus in quæſtione capitis. Ecquid fortaſſe præſidii in eo eſſe cōfidūt, ſi excu ſanda ſumma diraq; ignorantia, ſummi atq; vlti mi ſupplicii damnationem deprecabuntur? Credo (vt eſt Dei clemētia in mortales ppēſa & facilis) nonnihil id nobis apud Deum valiturum: præſer tim cū Deus muneris ſui fecerit quicquid recte ab

homine consulitur ac statuitur in summam suę salutis, fieriq; nequit, vt qui sibi in sese spem salutis esse existimarit, non crimine quodam se alliget immi nutę maiestatis diuinę, vsqueadeo mãca, destituta, cassaq; omni suo pręsidio natura est hominis, cui facultatibus lapsę in reatu primi parẽtis, libera tm̃ voluntas relicta est subsidiũ salutis in CHRISTI piamento positę. Sed tamen si veniã sperare iis licebit qui in veritatis contubernio educati & alti, ad veritatis scita atq; responsa, quibus sacra scatet & exuberat doctrina, quibus sacrarum concionũ loca quotidie circũsonant, deniq; quę nobis corde sacrosanctis canticis quotidie inculcant, aurib9 & occalluerũt, quid illis sperãdũ esse dicemus qui abditis in locis, aut longissime remotis a sacro cõtubernio degũt? Iam si eos quos aut casus aut nascẽdi cõditio vel i exterioreis insulas, vel in cõtinẽtes abstrusas amandauit, eo nomine execramur ac despuimus q; CHRISTVM salutis auctorẽ parẽtẽq; non agnoscant, nec in fidẽ eius se cõferant, q̃ (malũ) vecordia est in eo nobismetipsis indulgere blãdiriq;, quasi ipsam sapiẽtiã ipsumq; Dei filiũ cœlestiũ rerũ ęternarũq; potentẽ & arbitrũ, in oculis gestemus & feramus? Quid enim hoc eos sublenabit qui pręceptis eius non obtemperant, & eius doctrinæ dictoq; audientes se non præbent? Nos

in cunabulis doctrinę ſalutaris lactati, in ſinu & in
ter vbera recte ſentientis philoſophiæ aliti (quod
geminum eſt inſtrumentum eccleſię,) cuius aucto
ritate ſanctiſſima de diuinis perſuaſio nititur, ipſa
inſuper comprobata elogiis tot iuratiſſimorum te
ſtium, qui non ex priſco ipſi more teſtandi cenſen
dique, ita ſeſe arbitrari, aut ita ſibi videri, ſed ita eſſe
plane palam cum aſſeuerarent & contenderẽt (O
magnam, o mirificam, o memorabilem vim numi
nis) cupide quoq; fecerunt capite vt cauerent, nos
inquam ea doctrina veritatis a pueris omneis per
ætates imbuti, quo prętextu eximi tantę noxę po
terimus dirę deteſtandęq; ignorantię? Etenim per
ipſum Dei filium, per ipſam Dei ſapientiam, quid
aliud nobis oracula ſapientiæ tum priſca, tum re
centia, tum figurata, tum ſimplicia inculcant, q̃ ſæ
culi, voluptatis, cupiditatis, captiones, fraudes, im
poſturas, blanditias, circunſcriptiones & illicia vt
vitemus, vt caueamus, vt prouideamus, vt auerſe
mur? In tãta autẽ turba peſtium qua vita circũſeſ
ſa eſt, nihil perniciosius eſſe animaduerti cauillis, cõ
mentis, & ſophiſmatis communis prudentię, quæ
tanq̃ iuris humani prudens, & vitę commodorum
conſultiſſima, audet ipſa ſibi de omnibus ad homi
nem pertinentibus reſponſitare, eaq; fidenter ſta
tuere quę pugnãt cum veritate, quæq; per diame

erum oppoſita ſunt doctrinæ ſacroſanctæ. Quo in errore atq; piaculo licenter peruagante in noſtro quoq; orbe cœloq; illuſtrato doctrina veraci & germana, quis non videt conniuere & dormitare plane, quaſiq; aſſentiri publicarum excubiarum ſummam, vt fidem Academicam magis q̃ ratã & apoſtolicam agnoſcere eos putes, qui caput ac decus pietatis eſſe deberent? Quo euenit, vt reptilis ille perduellis animorũ internicio, diſſeminandis aliis atq; aliis erroribus & vitiis, quaſi venenis per orbem ſpargẽdis pro arbitrio ſuo graſſetur, quibus infectus ac perimbutus is ſenſus qui cõmunis dicitur, ſyncerum Dei cultum iuſtamq; religionem exuit. Cum tamen legis diuinæ capite primo ſancitum ſit, hęc totam ſibi animam, totam ſpirituum ſedem, & vitæ denicq; totam officinam poſcere, cũ omni animi, mentis, intellectus intentione. Conferamus nunc pedem cum veritate, & videamus an fieri poſſit vt qui Fortunæ numẽ aliquod eſſe putant, idq; propitium ſibi eſſe maximopere cupiũt, non aliquam Forti fortunæ arã in fano cordis ſui erigant & conſecrent. Atqui huiuſcemodi ſenſu affecti ſunt, qui in rationibus vitę accepta & expenſa ſub nomine Fortunæ cenſent eſſe referenda, & (vt Plinii verbis vtar) qui vtrãq; paginam rationium humanarũ putant eam facere, & hęc eſt pars

hominum maxima, qui quidem aliquo sint numero atq; honore. Perge porro si libet, & æstima pensiculate q̄ diuersa nunc vita sit a veritatis ac pietatis via. Nimirū stuporem hunc esse dirū fatebere hominum, non animaduertentium quātopere & mores & ritus a prisca sanctitate degenerarint, aut cū id satis ipsum per se in oculos non intentos incurrat, in summa incuria dissolutoq; neglectu spem venię retinentium, immo vero (quod amentię instar est) susq; deq; fore existimātium vtro modo defungamur hac vita. Quum vero sapientia veluti sponsa sit animi, morosa quidem ipa atq; fastidiosa, nisi animū humanū sese dare sibi bona fide senserit, totūq; in sinū suum amplexumq; effundere, nec brachia ipsa sua pandit vicissim ad animum retinēdū, fouendum, tuendumq;, nec (vt ita dicā) suauiandā se indulget, orisq; sui fragrantiā inspirat. Quid igitur cū æmulā admissam, sibiq; ob oculos adductā tanq̄ pellicem videt Fortunæ reuerentiam? quid in quam eam consulere tum putamus, & statuere de sponsalibus quę lustrali lauacro cōtracta sunt? Nōne inde euenit, vt cū sponsa ipsa, sponso nunciū remiserit, animus ipse quoq; fidei coniugalis oblitus, & abstractę voluptatis extaticæq; immemor, suam ipsam sibi delitias habere finat ingratus, & ad fortuita cōfectāda sese cōferat? Hūc humanæ mentis

errorem,qui dicendo exprimere posse confidat, is erit ea fiducia, vt Echo quoq; pingendam suscipere sustineat,oculisq; hominum repræsentare.O stolam sapientiæ substrictam vndiq; & contractam, laciniisq; carẽtem quibus reprehensari possit cum sese auerterit.O lenem & prædulcem eius dexterã: sed perinde quoq; lubricam.Id adeo sic cognosces, si rem animaduerteris quotidianam. Quotus est enim quisq; hominũ quidem non profligatissimorum,quin statim atq; rediit ad sese, seculiq; vaniloquas sponsiones æstimauit, fortunæ ludos spectauit,dæmonarchę vafritias,captiones,decipulas,ait cupia animaduertit & perpendit: (quæ tametsi astute & solerter concinnata sint,ob oculos tamen ipsa statim incursant mentis paulo intentioris.) Quotus inquam quin lachrymis prę lętitia agnitę veritatis obortis,primũ respicere se,deinde sapientiam suspicere & admirari incipiat,eiusq; amorem obseruantiamq; amplecti, simul pauore perfundi ac stupore ob pręteritam hebetudinem? Verum o misera sors hominũ:hęc ipsa sapiętię atq; stultitię, erroris ac veritatis spectra,vereq; rerũ effigies, illico ex oculis animi se proripiũt,nisi sedulo contueri obstinueris. Tum decedente visenda illa specie,simulacra succedunt felicitatis & diuitiarum, consuetudine quidem illa & splendida, sed inania, sed.

mendosa, sed oculis fucum capitalem factitantia, & quibus tamen acies mentium præstringuntur. Quo fit, vt clarius & perspicacius in mundi caligine, q̄ in monumentis illis sacrosanctis videamus, quæ duo lumina vitæ dirigendę habemus, ad summi boni inuestigationem clare prælucentia. Nam maiore quodam nunc fato, diuinaq; exuberante benignitate facesserent illæ nebulæ, quæ cœli nobis adimunt liberum conuitum: nemo iam vtiq; esset etiam hoc ferreo sęculo, qui nō aduentitiam istam felicitatem contenderet esse meram calamitatem, fortunamq; infortunium: nemo quin cunctas Fortis fortunæ copias, suppeditationemq; illam circūfluentem, non tam esse viaticum diceret & instrumentum adipiscendæ infra supra verę gloriæ atq; immortalitatis, q̄ esse materiam inertem, e visceribus terræ erutā: atq; adeo ex officinis Horci (quia diuitiis ipse vtraq; lingua nomen habet ominosum & infaustum) ad illigandos vtiq; & illaqueandos animos comparatam: quā ipse capturam semper inhiat: quo deorsum scilicet q̄ sursum magis vergat aspectus intentioq; humana, contra q̄ natura constitutum est. Huius siquidem materiæ amore mentes humanæ captę atq; perditæ, protinus hausto errore ab ineunte ætatula, vtpote tradito deinceps per manus posteris a maioribus, fa-

ſtigium ſuum a natura ſublatum & erectum,in or-
dinem eo vſq; redegerunt animantium,vt humani
mores infra generoſitatem quoq; brutorum quo-
rundam ſe ſubmiſerint. tanta eſt tamq; dira affe-
ctuum impotentia. Quippe feræ q̃uis feroces, lu-
ſtris contentę ſuis,generis ſui feris luſtra non inui-
dent in vicinia,ſocietate etiam gaudent plęręq;,in-
uicęq; ſe ſtipant.At nunc ſic ſunt mores, vt q̃ cuiq;
fortunatiſſimo eſſe contigit & copioſiſſimo, tam
magis atq; magis fines cupiditatis proferat, ſolitu
dinem circa ſe faciat,ne veſtigiale quidem ſolum in
vicino cuiq̃ eſſe patiatur. Verum eſto,ita fert natu
ra iam hominum deprauata,ita poſcit rei faciendę
augendæq; ratio, ſic eſt eorum conditio qui patri-
monia iſta ampla architectant, vt quo latius quiſq;
aream penatium ſuorum metatus ſit, quoq; altius
eos extruere cœperit,eo maiora ſemp ampliora-
ſubeant, & præ futurorum inſtantiumq; medita-
tione preſentia ſordeant.hoc enim perpetuum eſt.
Danda his venia fortaſſe,quando tam prouum eſt
erratum,tamq; natura iam degener procliuis in id
vitium, nec vllum extat exemplum poſt auorum
proauorumq; memoriam iſtorum cuiuſq̃ qui con-
ditores gentilitatum eſſe meditantur,aut patrimo
niorum cumulatores,qui ſibi quęrendi modum ſi-
nemq; ſtatuerit.Sit hoc ſane quoquo modo digni

venia. At etiã (o ſuperi boni) palmare idipſum eſſe
cœpit in vita ciuili, nedũ deprecabile inter eos po-
pulos qui vnũ Deum colũt, & filium eius CHRI-
STVM, benignæ charitatis auctorem, erogatiõis
ſuaſorẽ opum redundantiũ, beatos iſtos & affluen-
tes a familia abdicantem, certe quidẽ aditum cœle
ſtis domicilii aut nullum fore, aut perarduum teſti
ficãtem hominibus adeo ſuffarcinatis, ſarcinis ſci-
licet obrutis cenſuum opulentorũ. Atqui nulli iam
frugi fere homines exiſtimantur, niſi qui ceſpitem
alium atq; aliũ agri finitimi agro ſuo ſolerter affo-
diũt raſtellis quæſtoriis, ſeſquipedibus vicinorum
in dies ambitũ ædium ſuarũ laxius proferẽtes. Sa-
ne vero homines Chriſtiana comitate prædiți, ac-
pie officioſi, qui pro eo vt benigne paſſim egẽtib⁹
faciant, vicinos, notos, amicos, & nonnunq̃ cogna-
tos ac gentiles ad auctionẽ coactos, a finibus ſuis
ſummouent q̃ longiſſime queunt, quid aliud q̃ au-
ctoritate ipſi ac fiducia legum circũſcriptiones fa-
ctitantes? Equidem etſi ciuilis ſocietatis intereſt re-
rum perſecutiones nõ denegari, ne iſtis quidẽ qui
prædiorum inſanas congeries coagmentant mali-
gnis quidem cõmerciis ac rapacibus, ſed ciuiliter
conceptis, non tamen arbitror ſi ad diſquiſitionem
ipſi hominũ pietatis prudentium vocarentur, vin-
cere etiã poſſe huiuſcemodi cõtractuũ actiones in-

bonũ & ęquũ charitate pia ſuffuſum vnq̃ cõcepta eſſe: quo iure haud dubie apud Deũ diſceptabitur ſi elogiis Dei diuorũq; credimus. At vẽtũ eſt (niſi fallor) ad ſummũ impudentię, cũ ſubſidiũ cauſæ a ſummo iure magis q̃ ab ęquo bono petitur. Certe nec aurea ſęcula, nec argẽtea eiuſcemodi inſtituta tulere: excedentęq; e terris luſtitia, & in cœlũ remi grãte, tum demũ iura ciuilia illa auaritiæ aucupia capturaſq; iſtas pepererũt, ſpecioſos ſcilicet & amplos prætextus iniquitatis. Hæc enim recte æſtimanti videtur ſpoliandi alterutrũ licentia, ac legitima magis q̃ iuſta frugalitas, obrepſiſſe conuentibus hominũ qui ſocietatẽ ipſi continẽt mortalium inter ſe. Ita quę inſtituta maiores noſtri ingenio ꝓſtantes quaſi quaſdã ciuitatũ cõpages poſteris reliquerãt, eorũ inſtitutorũ traducibus ſenſim degenerãtibus, eo res tãdẽ decidit, vt ex iure & legibus tũ prophanis tũ ſacris & põtificiis, vberẽ iniuriarũ legitimarũ meſſem auaritia ſibi cõmẽta ſit aut nacta adeo quicq̃d felicibus auſpiciis coeptũ eſt, id vt in deterius vergat natura fere comparatũ videmus. Nã vita noſtra eo humanior eſt, quo longius ac diuerſius a brutarũ animãtiũ aut hominũ inanimũ vita recedit: & quo accedit ꝓpius ad ęqui boni cultũ atq; reuerẽtiã: quod veluti glutinũ eſt & coagmẽtatio hũanę charitatis. Ecquę aũt charitatis

vnciola enaſci poteſt ex hiſce deſpoliabulis homi-
nũ, niſi auaritia lege cohibeatur? His ex moribus
olim Licinia lex Romæ nata, ad frenandam illam
immodicam & ſolertem quęſitorum cupiditatem:
indidem tabulæ nouæ ortæ, & Siſachthia Solonis
iuris ciuilis conditoris: vt leges nunc omittam per
tinentes ad æquationem bonorum. Hæc enim ve-
luti venenorum venena reperta ſunt: vt apud He-
bręos annus remiſſionis. Quin viciſſitudinem quo
q; reciprocantis rerum ortus interituſq; natura cõ
ſtituit: quo magis mortales intelligerent nihil eſſe
tantopere in rebus interituris admirandum & ex-
perendum. Id cum in inuentis hominũ vſquequaq;
manifeſtum eſt: tum vero quibuſdam in rebus mi-
re accidit. Id quod ſi in vno docuero, ad omnia per
tinebit. Ex malis moribus leges bonas ortas eſſe
autumant, & verum eſt. Ecce tibi rurſus mores peſ
ſimos optimis ex legibus, vt iam ſit in confeſſo
(quod pace dictum velim ordinis ius reddentis,
cuius ea culpa non eſt) iudicialia fora, quæ iuſtitię
ſunt officinæ, eſſe tanq̃ Apodyteria hominũ bonę
fidei magis q̃ iuriſprudentium. O mores: nonne vt
nunc viuitur, auctore (vt ita dicã) prætore & ve-
lut arbitro Deo iudiciorũ præſide, bonũ & æquũ
ſubinde monumentis ſacris cõmendante, formula-
ri aucupio & coemundi licentia alienarum rerum

interuersiones fiunt? non in vnam alteramq; domũ quasi in arces quasdam prædonum legitimorum, vnius propemodum vrbis agros, pignora, prædia q; sæpe videmus auerti? Certe vt sit hoc legitimum & ciuile (id enim non inficior) nec iustum tamen nec æquum est: aut si esse defendis, cedo quemuis arbitrum eorum iuris interpretum quos inter diuos colimus. Hi mores, hæc instituta cum a iure gentium oriunda sint: ius ipsum gentium & naturale videntur perimere si exacte considerentur. Quæ multa tandem voraces illæ fauces auaritiæ, iuri naturali exemere & cõmercio populi, quæ promiscui vsus esse deberent? q̃ multa, q̃ varia eadem auaritia rerum pene naturę abstulit? Romanorũ inexplebilis cupido imperitandi, cum trium orbis summarum partiũ ornamẽtũ decusq; corrasisset, in patriã auertit laureatas prędas, & triumphatas condidit. At his rapinis quid aliud q̃ inundationis, incendii, direptionis, ruinę denicq; fuæ materiam cõgessit & aceruauit? Quid enim illis opibus insanis publicis ac priuatis factum sit, quid fanorum donariis, quid basilicarum ornamentis, theatrorũ insignimẽtis, nullus historicorum ita prodidit vt comparere vsq̃ possint hodie. Finge proteruam illam pignorũ suorũ dispensatricẽ Fortunã, argumẽtosas rationũ tabulas olim relaturam ad ratiocinia Prouidentię,

prouinciatim ipſas diſtinctas, ac per ſingulas ætates, quotã tandẽ eã expẽſorũ partẽ Prouidẽtię approbaturã putabimus? quotã virtuti, probitati, doctrinæ, æquitati tuliſſe antea expenſam: nũc quoq; laturã eſſe: quotã deniq; ex vſu vitę, e dignitate hominũ, aut proportione meritorũ? Age porro fac vt etiã ratione quãdã maleficioꝝ prolatura ſit: & per perã improbeq; ablatorũ. Vtrobi igitur inuẽtũ iri putas maiorẽ luculentioręq; improbitatẽ, petulantiã, indignitatem? Infeliciora ne hic nomina, an illic feliciora eſſe cẽſebis? Vtrũ illis ex tabulis illuſtrata plura nomina in bonã partẽ, q̃ ex his compertũ iri dices? Nũ deniq; inſtituta pręclara, & vitę adiumẽta adminiculaq; plura, a fortunę beneficiariis prodita, q̃ ab iis eſſe defendes, quorũ illa cõmodis conſultũ nũq̃ bene voluit? Niſi vero philoſophiã naturę æſtimatricẽ, numerorũ, proportionũ, magnitudinũ, dimẽſionũ iudicẽ, quibus rebus artes mechanicę, omneq; degendę vitę inſtrumentũ cõtineturꝝ deniq; diſſerẽdi magiſtrã, congrui, iuſti, veri indagatricẽ & normã, ſine qbus humanitas in homine nõ eſſet, fortunã alũnę eſſe cõtẽdes, eiq; natalẽ ſuũ debere. Eq̃dẽ cõtẽderim pœnitẽdã pluribus olim pudẽdãq; proſperã q̃ aduerſam & infeſtã fortunã fuiſſe, ac plęrũq; peius de iis meritam, quos maximis atq; exuberãtibus copiis augẽdos eſſe ſtatuit

q̃ quibus vehemẽter incommodare inſtitit ac perſtitit. Mitto q; nulla eius deę beneficia rata ſunt & propria, quando in vtranq; partem numen eius anceps eſſe ſolet, identidemq; verſatile, niſi q; interdum maioribus ipſa fatis impulſa, ſic aleam ſuam moderatur, vt caſus non euarient in ſummam eius rei quam efficere laborat, votis etiam q̃libet improbis ampliores ſint, omnemq; hominum inſolentium impudentiam arrogantiamq; ſuperent. Inde illa hiſtoriarum argumenta ſtupendis rerum inclinationibus conuerſionibuſq; intexta, varias euẽtorum ſpecies complexis ſecumq; rapientibus. Peripetias Græci appellant a fortuitis caſibus. Quibus in rebus legendis & recordandis accidit non modo mira varietate oblectare animum, ſed etiam fortunæ admirari commenta & ſolertiam, quæ leuiſſimis interdum momentis ſummam rerum molitur, huc & illuc, minutiſq; cardinibus occaſionum circũagit & verſat ſcenam (vt ita dicam) mundi, quaſi pro arbitratu temeritatis. Quoq; magis mireris, non ferio hęc, non certo, nõ deſtinato, ſed velut fortuito caſitante alea ludibũdaq; trãſigit. vſqueadeo ſui ſemper ſimilis eſt improba, etiã quum fatis mũdi vacat. Ecce tibi ex multis ac multorum inſtar luculentum vnum exemplum. Nonne ſumma rerum mundiq; imperium aliquantiſper ſtetit ſuper

acie nouaculæ (vt est in prouerbio Græcorum) an ceps & ambigua in vnius hominis principatum, atq; in populi Romani, anteq̃ imperium summum Augustus in se vno stabiliuit? At in eam rerum no uationem (superi immortales) quot, quantos, q̃ multifarios ludos fortuna sibi hominibusq; edidit, cum pro amplissimo quodam theatro, ludorumq; instrumẽto exuberãte, imperii fines copiasq; habe ret latissime patenteis? Ac ne gratuitam illam rerũ tantarum inclinationem ederet aut incruẽtam, no bile par primum Cæsarem & Pompeium duos alumnos suos, Senatumq; ipsum & imperium cõ misit, deinde Octauium & Antonium cum Bruto & Cassio tyrannicidis. Tũ vt varietate maiore spe ctacula distingueret, scelera proscriptiõis, ac Triũ uiratus proterui ssimi nefas interposuit. Mitto Ma rianas Syllanasq; partes, mitto sanguinariam illam ac cõgruam nefarii certaminis prolusionẽ. Ecce au tem cum peractos ludos esse crederes, instaurati tium spectaculũ inauditũq; adiectũ, Octauii & An tonii partes diremptę, atq; inter se collisę. Tũ in dignitatis corollarium Cleopatræ accessio, Aegy ptięq; scenę apparatus inusitatus atq; incredibilis. Hoc vltimum fortuna cum hilare, festũ, bacchana le, comicum, & (vt ipse aiebat Antonius) inimita bile primum edidisset, ad extremum velut versatili

ſcena,calamitate,luctu,comploratione,exitu tragi-
co,vecordiq; cataſtrophe cluſit.Ita ſub alma ſua al-
trice ornatriceq; Fortuna veluti ſub laniſta,beatiſ-
simi illi viri & fortunatiſſimi quũ diu ac multum
variis orcheſtræ,ordiuum, cuneorum ſtudiis caſi-
busq; ambiguis depugnauiſſent, oẽs ad vnũ præ-
ter Octauiũ extremo caſu in ruinam præcipitem
acti ſunt.En tibi Fortunæ fidem:en almæ nutricis
indulgentiã:& quiſq; mentis compos,humanarũq;
rerũ prudẽs, audet rebus ſecũdis plaudere aut gra
tulari? Verũ enim hæc & huiuſcemodi quæ gran-
dia fata maioraq; dicuntur, ita in fortunæ temeri-
tate & in cœleſtibus Apoteleſmatis ſita eſſe cẽſeo,
vt tamen in ipſis moderamen ſummũ,aleæq; ſcipi
tis habenas teneat Prouidẽtia: cuius placitis ac de
cretis omnia ab ipſa creata vt ſubſeruiant neceſſe
eſt.Quid igitur, (inquis) hos rerũ euẽtus varieta
teſq; hęſiſſe in genituris Cæſaris & Põpeii,omniũ
q; ſupradictorũ cenſes? Ego vero vel in eorũ geni-
turis illam rerum nouationem extitiſſe, vel in ortu
imperii Romani, & tanq; in natalicio ſidere geniũ
vrbis Romæ: ſed ita, vt fata quæ in thematibus
naſcentium impreſſa ſunt, vel imagines ſint & ſi-
mulacra, vel notæ, vel veſtigia earum rerum quas
Deus mundi opifex iam inde a principio ſtatuit
& deſtinauit: vt ſint ſidera tanq; tabulæ quædam

índices conſultorũ Prouídentię. Hic ſi rogare pergas qd de Genethliacis auctoribus & Apoteleſmaticis ſentiam, negabo quẽq; eſſe opinione mea qui humano ſuoq; ingenio harum rerũ ſignificationes deprehendere exacte poſſit, poſteriſq; inde theoremata tradere ſcientifica. Nec vero cœli vertigínem, ex eaq; multiplices ſtellarũ vagarũ poſituras exiſtentes & emergentes, neceſſitatem effectuum (quæ Apoteleſmata vocãtur) ſecũ ferre atq; agere tã libens conceſſerim, q̃ eſſe euentus índices in placitis Prouidentię poſiti. At vero ímpetus quoſdam & ígniculos in moribus humanis atq; aptitudines inde cíerí: rurſuſq; motus ęgros, inertías, torpores, remoraſq; innaſcí, vnde vel prona fiunt hominũ ingenia ad actiones capeſſendas abſoluendaſq;, vel ab iiſdem abhorrentia: haud abſonũ eſſe a ratione cenſeo, cũ alioquí ſatís ſint explorati planetarũ effectus in corpora animãtiũ. Vtrum autẽ fixa euẽtus neceſſitas ex placitis preſcitiſq; Prouidentię exiſtẽs, vim afferat nec ne cõſilio arbitrioq; humano: eorũ eſt diſſerere ac ſtatuere, qui de ratione díuinę poteſtatis diſputant futura preſciſcẽtis, preſcitaq; deſtinãtis nullo intertrimento líberí arbitrii. Hęc em̃ & alia humano captu maiora, mihí non magnopere vidẽtur inquirenda: cum certum ſit intellectus humani ad actus permultos Pro-

uidentiæ percipiẽdos perhebetem esse aciem ac cã
ligantem. Nec id mirum, cum etiam ad cognitio
nem rerum naturalium, ingenium nostrum in mul
tis cedat naturæ varietati. Abundeq; esse censeo si
mens humana sese noscitans, noti vitra crepidã (vt
aiunt) vniuersitatis iudicet dũtaxat cũ fiducia, sed
de cœlestib⁹ verecũde philosophemur ipsi & cate,
ne si animus (vt est naturæ volucris) subãmem se
se rapi sensim sinat, in cœliq; subuehi insolenti con
templatione & erratica, lõgius ac latius mox expa
tietur toto cœlo pererrando, vt est in prouerbio.
Sic enim fiunt animi veluti errones & expatiato
res, cum se auræ blandienti rapiendos permittunt
& ferendos, vanitati vtiq; ipsi professionum assen
sum accõmodantes, & quibusdam simulacris veri
tatis seducti atq; perlecti. Quod vidẽs fortasse So
crates inter primos sapientum commendatus, Phi
losophiam e cœlo in terram reuocasse dicitur ad
constituendos mores hominum publice & priua
tim. Mihi vero casuum varietatem æstimanti vide
tur genius quidam stygius deterrimi ordinis, tar
tarei principis emissarius, eiectus aleæ moderari
ratione quadam stolida ac turbida, quæ non nisi
notha quadam notione animo concipi possit & in
teligi. Quod perinde est ipsum, atq; si tesseræ ca
sus sua quadam ratione ferri diuersus atq; agi, cum

nec ſtatas ipſi nec certas vices habeant. Siquidem illic experientia docemur, in re quoquo verſus accipiti, eſſe tamen aliquid viciſſitudinis reciprocationem ferme conſtitutam habentis, viciſſimq; fere colludéteis aleatores exhauſtos videas & copioſos. Quid ita? nimirum deſultorio numine Fortunæ nunc in hunc nunc in illum viciſſim decumbente. Et vim eſſe quandam occultam caſitantis aleæ impulſricem oportet, aut cohibitricem, quæ caſus ſuapte natura incertiſſimos a rationeq; alienos, ratione quadam irrationabili moderetur & regat. Hunc ipſum genium rerum fortuitarum euéta ratione pene eadem moderátem (quatenus quidem per Prouidentiæ patientiam licet) ignorantiæ humanæ obrepſiſſe quondam exiſtimo, ac ſub Fortis fortunę nomine in deorum ſeſe numerum honoremq; adoptaſſe. Qui cum ſe præſidem potétemq; earum rerum feciſſet quæ vulgi opinione pertinere maxime videbantur ad beate viuendum, opinionem diuinitatis actutum tam pertinacem collegit, vt deorum ſimulacris ac delubris euerſis, eorumq; cultu ex hominũ mente abſterſo, nunc tamẽ numinis pene vice habeatur a multis, arrogetq; ſibi opinionem auctoritatemq; Prouidentię. Ac cum multi quidẽ ſint in vita obices veritatis perſpiciendę, tum vero huius deę pręſtigię tantam ſuporis ca-

liginem ob oculos mentis offundunt, vt hominum iudicia plærũq; hallucinentur in arbitratu operum quæ ab eius officinis exeunt, quibus ab ipsis videmus sæpe homines antea squallidos, sordidos, egenteis sesquianno ita perpolitos in mediũ prodire, vt splendore & lautitia cultus atq; conuictus, eorũq; comite auctoritate atq; existimatione, elegantissimũ quéq; optimatium superent antiquę frugalitatis. Nunc si alterinsecus statuas quæ sinistram in partem ab eadem designantur summa indignitate, ad deletionem vsq; (prope dixerim) virtutis, bonorũq; & grauium deiectionem, nihil vtiq; fiet propius q̃ vt vultuose ac subacerbe mirere conniuentiã Prouidentię in tanta improbitate, Adrastiamq; illã preuaricatiõis summissim insimules, cuius (vt antiquitati placuit) munus est vnã mouẽdi apud superos, cum res ad summum euaserunt indignitatis. Q; si vicissim cogites institorem illũ repręsentatę felicitatis genium, tyrannum arcis stygiæ, eũdem etiam esse ęternę diræq; calamitatis conciliatorem, tute protinus cõtractam illam frontem, tristitiæq; nubilo obductam, subeunte animi ęquitate dissereneueris, atq; in veritatis agnitiõe acquieueris, errorisq; dignotione, iucunda quidem ipsa & spei bonę implente. Nam quo tandem mihi bonorũ istam redundantiam? neq; enim tantum instru-

mentum nobis opus eſt, neq; commodum quidem fortaſſe ad vitam ex ſententia animi noſtri agendam. At multa deſideramus, quis negat? num quis eſt tandem qui nullo deficiatur omnino? ſed vtrum animi recte inſtituti eſſe cenſes omnia poſcere quę deſiderat? Qz ſi ea tm̃ mihi poſcis quæ neceſſaria ſunt & magnopere conducentia, vide ne iam menſuram impleuerit Prouidentia, & quod deſiderare me cenſes, auctarium ſit plane iuſti cenſus, & eius quod ſatis eſt additamentum. Sin etiam quæ ſunt quoquo modo commoda, vide vt ius æquumq; poſtules, qui immenſum quid animo complectare, a CHRISTO q; delitias expetas, qui nec ſibi peperçit, nec aſſeclis iuratiſſimis. Proinde ſinamus Prouidentiam vti ſuo arbitratu, nec aures eius tantopere fatigemus ob earum rerum deſiderium quæ inter bona malaq; ambiguæ ſunt. Deſinamus queri ob ea nobis vel negata vel oblata, quorum iacturam pro nihilo ſemper duxerunt animæ illæ beatæ, quas Deus in ſupplementum legere conſtituit legionum ſupernarum. Tametſi quis ſcit an hæc rerum aduerſarum conflictatio, pars ſit animadueꝛſionū diuinarum, quarum ſemuncię ſingulę repręſentatæ, & vel æquo animo vel certe obſequentulo exceptæ, expūgere totidem talēta mulctę grauioris poſſunt iis qui inter æratios apud Deū re-

lati sunt? Mihi autem videtur planus ille reptilis rerum contingentium euentis ita se immiscere, vt solet ex fulminis delapsantis impetu ansam sibi arripere ad perpetranda maleficia, interdum tam ludibunde, vt plausum atq; risum præstigiarum captare videatur, cum interim ad necem vsq; pręsentissimam grassari per ludibrii speciem teterrimus genius non dubitet ecclesiastici fani depeculator. Hinc hęsitātia interdum, hinc stupor, hinc labans persuasio, cum mens nostra rationem inire nequit earum rerum quas casuum varietas quotidie nobis edit. Verum & ratione & experimento cognitum peneq; perspectum habemus, licentiorem illam petulantiam substantiarum profligatissimarum, iis locis sæculisq; valescere maxime, ex quibus innocentia fide subnixa abscessit longissime. eius enim rei exempla comperi mirifica, idoneis documentis testimoniisq; confirmata. Qz̄q̄ quid nos tādem vetat existimare quædam fulmine tum feriri corpora & necari, cum animorum interest e corpore eos migrare: teterrimoq; hosti nihil iuris esse in animum, cuius ipse domicilium perurit? Quid qui intemperiis aguntur præcipites & feruntur, a furiisq; illis stygiis diuexantur & maniis, nonne manifestam causam habent oculisq; subiectam? Quibus velut e locis argumēta ducere nobis licet

ad ſuſpectanda metuẽdaq; hoſtis tam ſolertis q̃ in
feſti machinamenta, qui rationẽ humanã quaſi ar
cem animi expugnare peruigilibus inſidiis diſtur
bareq; conatur, indeq; cõſtantis perſuaſionis de di
uinis rebus & ęternis p̃ſidiũ deducere. Huic quie
tis humanę ſollicitatori acroama nullũ iucũdius eſt
q̃ hominis q̃ritatio immodica & mẽtis impos, frẽ
dentis atq; fremẽtis ob fortunę iniquitatẽ, nullum
ſpectaculũ gratius atq; oblectabilius, q̃ hominẽ ſpe
ctare ita cõflictãtẽ in impatiẽtia, vt & rationis fre
nos cõmordeat incõpoſite, & Dei reuerẽtiã exuat.
Quippe qui videat & gaudeat conatus ſuos proce
dere, & veluti triũphet exultatione ob rationẽ ani
mo virili excuſſam aut extortã. Nihil vero inuidiæ
ille conditor ac parẽs tã homini inuidet, q̃ ſummi
boni ſpẽ adipiſcendi facultate ſua inſtructã, diuinę
indulgentię adminiculis erectã, quas Gratias voca
mus: quã ſibi ſcit ita eſſe pręciſam, vt ne ad optan
dum quidem inducere poſſit animũ perditiſſimũ.
Itaq; æſtimemus q̃ deploratæ ſit ſortis ita vndiq;
circũuentum eſſe abrupto vecordię & deſperatio
nis, vt omneis in exitiũ trahere ac rapere ſecũ quiſ
q̃ malit, q̃ cũ omnibus ſeruari. Ex eo deinde expen
damus immanitatem hoſtis, & maleuolentiam, tot
nocendi artibus ſuccinctam, & ad internicionẽ ge
neris humani inſtinctam iam inde a primordiis re

rum. Statuamus igitur id quod omnino debem9, rationem atq; noxam illã Stygiam, quaſi par vnũ haud inique comparatũ ac cõmiſſum, a Deo Prouidentiaq; vtriuſq; cõditrice ſpectari, & audeamus poſtea conqueri, aut queribũde meminiſſe rerum minus ſecundarum. Proinde quodnam operę pretium ex labore ſperandum relinquetur, ſi aduerſarius me tranſmiſſo ad alios impetum ſuum conferat, vt in fraudem tandẽ incidam præmii nõ emeriti? At vero ſummi boni quærendi conſectandiq; volũtatem non natura atq; ingenium ſenſuum, ſed animus ratione adminiculatus nobis conciliare poteſt, etiãſi igniculos ipſa natura dedit ſenſibus quibus anima incenditur ad ſalutis inquiſitionẽ. Nam iis ipſis igniculis ſenſus vtuntur plęrũq; abſurde & præpoſtere. Siquidem cum eos velut ſtimulos natura vnicuiq; animanti ingenuiſſet ad ſummũ bonum expetendum generis cuiuſq; ſuum, in brutis ipſa tenorem ſuum non temere abrumpit, in genere humano non item ſeruat inoffenſum ingenũ, ſi biq; ſemper ſimilem impetũ ad id bonũ veſtigandũ & perſequendũ. Etenim difficilius id fuit ſeruari pertinaciter in hoc animali gemino, id eſt in homine. Qui tametſi ipſe cõmuni animantiũ ſorte ſingularis naſcatur, tamen ętate procedente euadit in geminos, niſi (quod raro fit) natura in eo aberra-

uerit,& alter eſt inteſtinus,alter externus homo,in vna eademq; ratione formali & ſubſtantia.Quo fit vt cum eorum vterq; imperium ſibi vẽdicet & magiſtratum in adminiſtratione vitæ, rara quies ipſa in vita eſſe poſſit ac tranquillitas.Nam ille inteſtinus & abſtruſus , vt eſt ipſe placidi pacatiq; ingenii,finibus ſuis contentus,naturæ quoq; ſuæ congruenter viuere cupit,nihilq; externum in vita maximopere ſtipulatur , vt qui omneis ſuas ſpes in diem fati contulerit,idq; demum acri intẽtione ſpectet,ad quod fruendum natum eſſe ſe ſuapte natura ſentit ac procreatum,niſi ſi ei ſtupor aliunde accidat. Contra hic exterior ingenio eſt leui, ſtolido, improuido,& ad omnem crepitũ auramq; vel ſpei vel meticuli conſternabili. Quare omnia ferme ſua munia incondite,vultuoſe,meticuloſe, turbide , & rurſus geſtienter,elate,ferociter, inaniq; cum fiducia obire ſolet,prout ſcilicet lætus aut triſtis caſus obtigit,vnde pendere ſe arbitratur. Huiuſcemodi naturæ nõ neſcius ſceleratus ille Horci ſatelles,humani ſtatus euerſor atq; peruerſor, iam inde ab orbe condito contendit omni ſtudio atq; vigilantia, vt contra q̃ fert natura ac decorum,exterioris hominis ſit imperium . Qui cum ſenatus ipſe ſui ſententias exquirit , rationem principem conſilii eſſe non ſinit,ipſam etiam ſæpe non rogat ſententiã in

tumultuariis & præcipitibus conſultis, aut a cupiditate & libidine expreſſis. Quin & ille idem tum primæ noxæ patrator, tum naturæ labefactator, pertentandi ſenſuum animorumq; artifex, non modo ſtimulos acres contumaciæ & pertinacitatis exteriori homini ingerit: quo minus rationi moderanti aut adhortanti auſcultet & audiens dicto ſit: ſed etiam interiorem illum plærunq; ita demulcet ac circumuenit, & cum hoc exteriori reuocat in gratiam intempeſtiuam & conciliat, vt de iure ipſe ſuo decedat per ignauiam, ac maieſtatis ſuæ faſces ſubmittat collegæ procacitati. O facinus indignum humanæ naturę faſtigio, hominem externum qui non aliis placitis ducitur q̄ iræ, furoris germanæ, ac cupiditatis cæcæ & præcipitis, imperium abrogare homini intus condito, atq; in ſede primaria a natura collocato, qui & auſpiciis ipſe maioribus creatus eſt, & ad exemplar diuinum mirifice adumbratus? atq; in hominum conſultis mentem & rationem, quæ naturæ cœleſtis participes ſunt, ſenſuum temeritatis affinium prærogatiuam ſequi? Hæc prima mali labes, hoc primordium malorum, hic fons omnium vitæ calamitatum, vt ex hiſtoria primordiali nouimus. Nam cum ex iis quę dicere orſus ſum, liqueat omnē hominem veluti Cecropem

quendam eſſe (hunc enim antiquitas ipſum haud temeraria de cauſa fabulata eſt bipartita corporis conſtitutione fuiſſe: ita vt ſupra vmbilicum vir, infra fœmina eſſet) primi vtiq; parentis culpa, qui fœminæ conſilio arbitrium ſuum credidit ac permiſit: naturæ humanæ maieſtas admodum imminuta eſt: & velut oblæſa hominis conſtitutio: quo tẽpore ſcilicet (heu miſeram mortalium conditionem) iuſſus homo faceſſere a diuino conſpectu mihi videtur velut extorris factus eſſe a veritatis & ſapientiæ contubernio, indeq; tanq̃ ex continenti conſtantiæ & rationis, in inſulam quandam deportatus, id genus monſtris, portentis, ac ludibriis ſcatentem, quæ a fortuna ipſa agi, ferri, verſari infra ſupra conſpicimus: vt eſt in prouerbio: ac pro ſummi boni pignoribus falſo duci atq; haberi. In hoc porro exilio animus iuſta libertate mulctatus, in mancipatum iniquum fœdumq; addictus eſt imperioſæ illius turbæ atq; tumultuoſæ quí ſenſus appellantur, quibus præfectus vnus datus eſt natura, quaſiq; iuridicus, quem vocãt ſenſuum principatum, iudicem ſcilicet ipſum & arbitratorem earum operarum quas ſenſus vitæ nauant. Hic ipſe autem ſeu hallucinatione propria, ſeu falſaci ſenſuum renunciatione (vtpote quorum ipſe opera tanq̃ emiſſariorum vtitur ad explorandas

qualitates, formas, magnitudines, & pondera mo-
mentaq; rerum perperam ſæpe ipſis de rebus pro-
nunciat. Cumq; ſenſoriis vtatur corporis vt inſtru-
mentis, neceſſe eſt vtiq; vt cum corpore quoq; af-
ficiatur ipſe. At vero affectus ſenſuum principa-
tus qualitatibus inſtrumentorum, partem quoq;
animi multo ſe digniorem faſtigiiq; maioris, hoc
eſt mentem & intellectum, familiaritate ac vicinia
ita inficit, atq; adeo erroris contagione afficit, vt
litem etiam ipſa ſuam faciat iiſdem de rebus per-
peram iudicando. Hanc partem Græcorum do-
ctiſſimi to hegemonicon vocant, quos Cicero imi
tatus eſt, principatum appellans. Vitii vero natu-
ræ noſtræ oblati ſtatim a primordiis rerum, cum
luculenta ſunt veſtigia permulta, tum etiam illud,
q; tam obnoxia conditione viuimus multiplicatis
in infinitum ærumnis. Nam quid tam ſimile ſer-
uitutis eſt, q̃ hominem naturali iure ſtare neſcium
affectibus tanq̃ dominis iniquis addictum eſſe di-
uina ſententia, atq; ob noxam priſcam datum? /
Duci autem animum vt mancipium ab affecti-
bus, atq; in diuerſa, interq; ſe pugnantia diſtrahi,
nunc tranſuerſum rapi, nunc præcipitem qualiq;
collo obtorto: quid aliud eſt tandem q̃ intempe-
riis, maniis, atq; furiis agi? Quarum rerum aſpe-
ctus ſpeciem haud diſſimilem præbet inferorum

ſupplicii,iis quidem certe qui valent mentis perſpi
cacitate:vt non abſurde antiqui nonnulli tanq̄ infe
rorum deſcēſum eſſe cenſuerint,animę ingreſſum
in corpus ſic obnoxium.q̄q̄ ipſi decepti tanta ſimi
litudinum competentia,quod memorię proditum
acceperant de inferis & fama peruulgatum, com
mentitium & alioqui vanitatis plenum eſſe crede
rent. Iam vero addictæ mentis & veluti mancipio
datæ ſenſibus,quodnam eſſe poteſt veſtigium lu
culentius, q̄ ꝙ mens ipſa nunq̄ niſi exceſſu rapta
ſit, ita apud ſeſe poteſt eſſe : omneiſq; ſuas partes
ſui iuris facere & continere in officio : quin huc il
lucq; vagæ ac palabundæ ferantur : ipſa etiam ra
piatur erraticis affectibus:ac ſibi viuens(vt aiūt)
videnſq; auferatur ? Certe cum ſæpe ingemiſcens
raptum ſui veluti quiritetur,eam ſenſibus & affe
ctibus indigne ancillantem nullus aſſerit in liber
tatem. Neq; enim intentio ita ſeſe abſtrudere po
teſt in penetralia domicilii ſui : nec ratio cancellis
obuallare liberi arbitrii:quadamq; (vt ita dicam)
cingere indagine obfirmatæ contentionis, vt non
per aliquam rimam irrepant commentanti aliæ at
q; aliæ ſpecies notionum,quæ negocia multa exhi
beant tranquillitati. Id adeo interdum, vt mens
ipſa velut immemor ſui, commentationiſq; obli
ta cui incumbere obſtinauerat, refractis inten

tionis clatris euolet in vastum quendam immen-
sumq; campum, curarum immanium plenum co-
gitationumq; euanidarum, quibuscum fortasse
antea nimium consueuit. Id quod vitare cupi-
entes sanctæ quædam ac puræ mentes mysticis
sponsalibus Deo pactæ, ita sese dedere contem-
plationi solent, sensusq; corporeos vinculis quibus-
dam astringere attentionis & cautionis, vt eos in
potestate fere habeant. Quos si licentius ipsæ eua-
gari ac lusitare expatiando sinerent, nimirum idem
eis quod vulgo hominum eueniret, vt curiosis sen-
sibus inspectare arbitrariq; insisterent quæ nihil
ad rem pertinent. Id cum tibi mihiq; non pro-
num sit, qui in publicum sæpe prodeuntes inuiti
multa circunspicimus intentionis auocamenta, se-
cunda fortasse cautione & subsidiaria prospicere
nobis poterimus, si earum notionum quæ per
meatus illos sensorios animum subire solent, vt
quęq; recordatione maxime digna erit, ita eius in-
formationem q̄primum intus imprimendam, in-
cidendamq; curabimus, ne si per mētis tantum su
perficiem ductę sint & leuiter illitę, inanium incō-
modarumq; imaginum turba assidue irrumpente
elui tandem possint & interlini. Id autem vt asse-
quamur nisi cupide, accurate, anxie fecerimus, ni-
mirum, vt est humanæ mentis status natura con-

ſtitutus) fieri vix poteſt quin rerum ſæcularium ludibundæ imagines, mentis intentionem quæ rerum cœleſtium ſalubriumq; commentationi vacare debet & tanq̃ feriari, ludificatione primum circulatoria auocent atq; diſtineant, tantiſper dum obrepat obliuio inſtitutæ animaduerſionis, tum ſubinde oblitam mentem ad ſeſe demirandas perliciant & conſectandas vſq; in perniciem. Id quod cognitu cuiuis promptum eſt, qui paulo attentius animaduertendum duxerit. Nam quid cauſæ eſſe dicas, cur communis ſenſus in vniuerſum, communiſq; adeo prudentia, felicitatem perſequens, ac circa ſummi boni inquiſitionem ſatagens, non modo actuoſe, impigre, & accurate, ſed etiam tumultuarie, anxie, anhelabũde, nuſq̃ aſſequi poteſt, quod nullo non loco vel tempore cõſectandum ſuſcepit? Cum interim miſeri ac mente capti mortales irriti laboris ſenſu adduci nequeant errorem vt agnoſcant, quoad corpore iam fatiſcente animus emicare foras cogitur, e conceptaculoq; ſuo proſilire infracto iam tot ærumnis & exhauſto. Superſedeamus hic pauliſper diſputatione inſtituta, & eſtimemus taciti qui ſit ſenſus animi caſſum iam vitę domicilium derelinquentis, eum ne comitentur illa ſtudia rerum fluxarum quæ totam eius vitam ſibi vendicauere, an exuuiis excuſſis corpo-

reis aduentitiisq, nudus, inops, destitutus, solita-
rius, eo migret vbi earum rerũ nullus est vsus: quí-
bus ipse rebus cumulandis felicitatis diuersorium
architectari se demens existimabat. Proh Diui im
mortales, esset ne hęc hominum prudentia insania
manifesta vnicuiq; nostrum, si non ipsi educati in
erroris incunabulis, per ætatum gradus proficere
mus & progrederemur in errores deinceps alios
atq; alios? At hoc vitæ institutum non modo ciui-
li iure, sed etiam gẽtium stabilitum est & auctum.
En humanæ prudentiæ columen atq; decus: quam
stultitiam meram elogia sacrosancta merito esse
testantur: quibus ab ipsis veram proditam esse sa-
pientiam mortalibus, in confesso est. Proinde (vt
dicere cœperam) huiuscemodi naturæ fortem na
ctum hominem, ac suopte ingenio miserum, ad
ærumnosam etiam vitam atq; calamitosam perfe-
ctat disciplina sæculi, lacte prauarum opinionum
a puero statim nutricans, & subinde per ætatem
aliam atq; aliam imbuens erroribus ætati cuiq; cõ
sentaneis. Aduersus quem errorem Philosophia exi
stens, genus humanum vindicare ab hac viuendi
conditione contendit stultitiæ sensibusq; mancipa
ta: animũq; sibi natalibusq; restituere. Quæ cũ ipsa
promittere maiora instituisset q̃ pro captu mortali
tatis, ad vaniloquẽtiam tandẽ euasit, dũmodo in ea

parte quę ad mores humanos conſtituẽdos ſe ere-
xerat, ad bonorumq; fines & malorum inueſtigan
dos. Sic enim neceſſe fuit iis accidere philoſophis,
qui veritatem & ſapientiam, (quæ in vltimo ab or
be terrarum loco domiciliũ habent) e latebris na-
turæ citerioris eruiſſe ſe inſolenter, magnoq; cum
faſtu ferebant. Caput vero malorum ab illo verſi-
pelli inſtinctore ortum eſt primæ noxiæ ſuaſore,
qui inexpiabile odiũ iam inde ab æuo condito ge-
neri humano indixit: quod ob id creatum videbat
vt in caducam vacantemq; poſſeſſionem ſuperna-
rum ſedium mitteretur: ex qua deiectus erat. Frau
di enim capitali fuit homini, ad poſteros etiam in
omne æuũ proditæ, q; illo ſuaſore ſuperiorem ipſe
ſui partem inferiori ſubmiſiſſet. Cæterum mundi
Deus opifex mũdiq; indigenarum, cũ tãtũ diſpen-
dium ſarcire vellet naturæ imminutę, ignominięq;
eximere ampliſſimũ ordinem animaliũ, ob incuna-
bula ſua conſpurcata, dedecorataq; primordia vitę
contractæ: filium ſuum vnicum in eandem ſecum
æternitatẽ, eſſentiã, potẽtiã, maieſtatẽ cooptatum
(o rem mirãdam, memorabilem, ac prędicãdam)
hominẽ fieri iuſſit, eaq; de cauſa ſuperne delapſum
generis humani vadem eſſe voluit, capitaliſq; ſup-
plicii victimã piacularẽ. Ita humanę naturæ decus
naturam ipſam humanã imminutam & obſæſam

in integrum reſtituit, quod quidem ad ſpem pertinet ac facultatem ſummi boni adipiſcendi. Via item ad veritatem, germanamq; felicitatem ferentis non modo præmonſtrator, ſed etiam dux fuit ac præitor. Hæc via cum dubio procul aſpera ſit & anguſta, vt nonnullis placet, etiam tetrica & ardua, parum mihi hodie trita videtur, proculcataq; veſtigiis hominum fortunatorum, qui numeroſos ſecum clientum rapiunt vexantq; comitatus. In eandem (niſi fallor) ipſam nec via fert regia, nec militaris, nec quam vehicularem curulemq; appellant. Nam vt ea ire, ambulareq;, ius eſt vnicuiq; ſacrorum non exorti, ita vix eſt vt in ipſa penſili mollíq; vectemur geſtatorio, aut actum habeamus fortunarum redundantium cum tot impedimentis. & magnam iſta laxitatem poſcunt, maioremq; q̃ facile admittat ſemita innocẽtiæ, in quam veritatis ac ſimplicitatis via deſinit, quam ille nobis præiuit, cuius omnis actio noſtra eſt haud dubie ad diuina inſtitutio. Hac ipſa certe viatores ducis ipſius veſtigio ſequaces qui primus eã ſecuit, ęrumnas ſuas & ſarcinas mulis (vt dicitur) Mariannis conuexere, & iſti (ſi diuis placet) in patriam, ad bonorum finem, ad felicitatis cumulum illa curuli via iturum eſſe & peruenturum cum copiis, cum fortunis, cum fortunę blandimentis ridibũdi

dictitant & confidunt? Qz si ille instituendæ viæ auctor, salutis consectandę suasor, index bonorum malorũq; finium, viam nobis necessitatis partim, partim consilii atq; vtilitatis præmonstrauit, tractum etiam eius vt porrigitur quoquouersus orbitis iussoriis suasoriisq; circunduxit, quid causę est, quin scientes prudẽtesq; sese perditum eant ii qui hanc viam ineuntes, diuerticula interim & obiter quæritant amœnitatis? & vt in Fortunæ diuersoriis manſitent, orbitas supergressi priscæ iustæq; disciplinæ vestigiis impressas, longe expatiantur & late, securi vtiq; ipsi quo tandem euasura sit digressio ab instituta via? Nisi vero vt nunc est vita, non passim sequimur coruos, vt inquit ille, securi quo pes ferat, atq; ex tempore viuimus. Age, est ne quisq̃ mentis compos, qui fidem eorum voluminũ audeat labefactare, quæ in fanis quotidie dum sacris sacerdotes operantur, dum res diuinæ, dum precationes fiunt, ad inculcãdam nobis veritatem leguntur & cantantur? Nemo, vt opinor. Quid? in iis ipsis voluminibus, est ne eius viæ Hodœporicum in æuum consecratum? Sane quidem, inquis. Atqui si diuinis illis elogiis auscultam9, statim atq; orbitas illas quispiam transiliit, in diuortium incurrit salutis & exitii. Finge igitur te Herculem illum esse Prodici antiquorum monumẽtis celebratum,

in biuio hęrentē, vtrā tandē viā capessas: ęrumnæ an fortunæ? Hic locus est parteis vbi se via findit in ambas. Putato me si mauis, illū eē Herculē, Fortunāq; mecū in gratiā redeuntē, sinū illū mihi luculētum bonorū ostentare, atq; excussurā esse in me protinus si colere eā velim, & sequi fidē ipsi⁹: num si hic te vtar auctore, eā statim conditionem accepturus sim, potius q̄ grandiloquentiā immensasq; pollicitationes Philosophię sacræ secutus, fœnoris illius cētuplicati expectatiōe ducar, ęrumnosęq; vitæ & conflictatę interusuriū tāti esse putē, vt præ ea spe repræsentationē felicitatis respuā, ac fructū vitę hilarioris? Melius, inquis, ominare. Quid igit' causificari potes quo minus cum aut rebus diffundimur & exhilaramur ꝓsperis, aut cōfundimur & contrahimur aduersis, & pręposteri ipsi esse & capti mente videamur? Siquidē ita fert bonorū præsentiū atq; eorū quę in spe posita sunt commerciū, si recte ratiocinere, vt tā dispendiosissima sit horū cū illis permutatio, q̄ maximū impręsentiarū afferre cōpendiū existimatur. Abige hinc aliquātisper nebulā sensus cōmunis & popularis, quæ tibi ipsa mihiq; liberū aufert cōspectum veritatis, & intellectui tuo excute atq; exprime exactā attentionem eorum quæ iis elogiis contestata sunt, quorum fidem tute colis in primis & veneraris: inuenies in

tranſenna peregrinæ huius vitę tabernaculiq; tem porarii innumeras concinnatas eſſe decipulas, ver ſuti illius ſolertiſq; aucupis animarum: vt niſi in vi ta, ſuſpenſo gradu & tanq̃ in via muricata cum ſu ſpicione anxia peruigiliq; cautione pergamus, la queis mox illis Vulcaniis imprudẽtes nos indutu ri ſimus, qui oculis non prouidentur. Quocirca ſa pientes illi priſci quorum reſponſis & auctoritate exigendæ huius vitæ diſciplinam ſtare, cõuenit in ter omnes qui initia ſuſceperunt noſtrę religionis: non modo prouidendas & præcauẽdas, ſed etiam auerſandas eas vitæ partes cenſuerunt longeq; fu giendas: quæ frequentibus rerum ſecũdarum ille ctamẽtis captionis, fraudis, & impoſturæ ſuſpicio nem præferunt. Quo magis mirum eſt tanta nos cæcitate mentis præditos eſſe, vt quicquid non proſpere, non fortunate, non ex ſententia accidit, male, ſecus, incommode ceſſiſſe prę iudicio ſenſus communis pronunciantes, cum ipſa etiam Prouidentia aut iniuriam corporis, aut damnum in fortunis noſtris datum, aut pauperiem factam in cen ſu impie expoſtulemus.

Liber Tertius de Contemptu Rerum Fortuitarum.

VAE. Superioribus libris diximus, Draco frater, esse eiusmodi non nescius sum, vt in iis explicandis fudisse verba magis videri possim lectoribus, philosophastri q; more in mores declamitasse, q̃ aut psuasionis aculeum in cordibus fixisse lectitantium: aut mea ipse precordia iusta æquanimitate tinxisse. Ista quidem speciosa dictu sunt & auditu (dicet aliquis) sed quotum quenq; videas eam viuendi viam ingredi, obsitam iam spinis & obsoletam in eaq; cursum cõtendere tenore pernaci? Ita est profecto: nec me cum haec dicerẽ latebat, rationem istam cum aut ad vrentem dolorẽ, aut angentem animi ægritudinem ventura est, pedemq; (vt ita dicam) inferendum in sciam rerum paulo acerbiorum: tam esse arduam subductu atq; intractabilẽ, q̃ est ipsa in certaminis meditatione secura procliuis ad dicẽdum, atq; ad ratiocinãdum ductilis. Id adeo cognoscere sæpe mihi rerũ ex euentibus contigit. Nam cũ attentiore rerum fortuitarũ cogitatione, pulchre me interdũ cõpa-

raſſe viderer, quaſiq; prolusione confirmaſſe ad incommodiorum caſuũ impetus excipiẽdos nullo, aut leui tumultu, ſenſi nonnunq; & ingemui constantiam ac rationem mihi in re pręſenti non modo ex animo, ſed etiam e vultu, ex oculis, ex ore deniq; linguaq; excidiſſe. Verũ quo difficilius mihi videtur indignitates errore humano comparatas quaſiq; iure recepto moribus conſtitutas, ſimul exorbitanteis a recto tramite mores ita reprehendere vt caueamus atq; vitemus, eo dignioręm eſſe duco in qua ſtudioſi viri philoſophięq; reuerentes omneis animi vires contendere inſiſtant & exercere, nihilq; libentius ipſe facio q̃ vt in ea commentatiõe immorer, inuigilem, indormiſcã. Cęterum cum nec in illa via laxa, p̃ quã fortuna pignora ſua farcinaſq; vel verius impedimenta trahit, nec in hoc rurſus tramite aſtricto qui illam interſecat, veſtigia vlla viſantur retrorſum ferenciar de eo vtiq; ipſi q̃d humanitus ſciri nequit, ea conſulere oracula debemus: quibus aductãtibus, Delphica vaticinia aliaq; ceſſerunt. Quippe ſi in rem vſq; pſentẽ aſſenſum fidemq; ſuſtineamus, ſera rerum viſendarum horrendarumq; perſuaſio vertetur in ſcientiã: quæ nihil tum iuuabit. Proinde germane mi, vt in aliquod tibi tãdem Epimythiũ hic apologus euadat: quum tot abſurda, indecora,

indigna,pudēda, Fortunā in vita deſignare videa-
mus,doctrinæ rectæ cōſentaneum eſt, vt in virum
conſtantem diſciplinæq; diuinę retinentem quere-
læ ſtomachoſæ non cadant ob pauperiem in cenſu
ſuo forte factam,aut propter negocium tranquil-
litati faceſſitum, aut laceſſitam morbo vitioue cor
poris ſanitatem. Num ſi videam hodie fortuna ha
bente comitia,ſummamq; rerum tenēte,lippos ap
poni ſpeculatores in arcibus & ſacris & profanis,
antiſtites deſignari qui oracula exaudire nequeūt,
vigiles & excubitores in repub.homines ſomnicu-
loſos & oſcitāteis,cuſtodes ſacrorum profanorūq;
queis nec reſpectare nec circūſpectare aut placeat
aut vacet,præcones rerum vociferandarum homi
nes fuſcę vocis aut exiguę,cōcionatores eos qui in
ppetuū irraucuerūt,gubernatores i tēpeſtate nau-
ſeatores,pręcurſores eligi ex natiōe anhelatorum,
præſidiarios qui loco ſtare non poſſunt,deſignato
res qui ordinis & delect9 rationem nullā habēt,in-
terpretes & reſpōſitaturos qui linguarum non ha-
bēt cōmerciū:num (inquā) ſi huiuſcemodi multa
videm9 indignitatis plena, q̄ facinora haud dubie
Fortunę iudicāda ſunt atq; temeritatis, ſtultorum
ideo q̄rimoniis ſubſcribere debem9,ac cœlum ter
ramq; (vt dicit) miſcere? Dii meliora,inquis. Sed
tamē priuatim dolētē iuuat dolori ſuo igemiſcere?

& publico vulneri piũ ẽ lachrymas nõ negare. Ne mo it inficias, nec tã eẽ durã atq; immitẽ philoſophiã cẽſeo, vt humanitatẽ ab hoie cõuellere conẽt. Ob hęc etiã & eiuſcemodi cõdoleſcere debem⁹ rei pu. nõ noſtrã priuatim ipſorũ vicẽ dolere magnopere, aut inepte quiritari, aut cœlũ vocibus & murmure fatigare, ſi cẽſurã gerẽte Fortuna optim⁹ q̃ſq; & doctiſſim⁹ p̃teritus eſt in ordinũ recenſione. Nã cui⁹ eſt tãdẽ ſtultitię a Fortuna expoſcere moderamen rerũ Prouidentiæ congruum? niſi ſi alea caſus ad vices ſtatas redigi poſſe ſtomachãdo ſperam⁹? aut ꝓbitatem ac Fortunã in poſterũ contubernio cõſociari: vt tã copioſiſſimus poſthac q̃ſq; ſit q̃ eſt inopia indigniſſim⁹. At quãto præſtabili⁹ eſt hominem ſeſe conditionemq; ſuam agnoſcẽtẽ, occurſatrices iſtas curas, affectuſq; interpellatores mẽtis ſalubria commentaturæ, rõne cõpeſcere & ſupprimere, q̃ aut aim ęgritudie exeſſe, aut ſuperũ irã q̃relis laceſſere? Proinde, vt inqt poeta nobiliſſim⁹, mecũ ipẽ ita aio: Deſine fata dei flecti ſperare q̃rendo. Citius. n. Solis equos ſiſtas: currũq; illũ rapide ꝓcurſantẽ ſuſtineas inhibeaſq; retro: q̃ id qđ cœli tulit volubilitas, ne eueniat obtineas ægre ferendo: aut ne hominũ vita a primordiis mũdi tranq̃llitate mulctata & requiete, i multa, varia, duraq; caſuũ offenſacula publice priuatimq; incurrat, qñ

Parcarũ fuſi miris fatoꝝ ambagib⁹ inuoluti ſumꝰ & perplexi, quibus ex ipſis mẽtẽ & rationẽ extricare vix poſſis, ſi diutius obhęſeris explicare cupiendo. Nouerit hoc primũ qui indignari ob iſta ac vociferari inſtitit: & veluti cũ Prouidẽtia cũ Deo q; expoſtulare: naturę leges antiquari nõ poſſe citra vniuerſi ſolutionem, nec cœli ſtellantis placita actaq; circũductũ iri ob vni⁹ multorũve reclamantiũ interceſſionẽ. Nec enim (vt opinor) ob meam aut cuiuſq; indignationẽ Lacheſis cõuoluta iã penſa retorſerit: nec irę meæ impotẽtia deterrita diſpenſationẽ ſortiũ retractauerit quã cœlo cõſulto inſtituit & pegit. Niſi Atropon quoq; inexorabilem (vt nomen eius indicat) fletibus ac lamentis flexum iri ſperamus, vadimoniaq; dilaturam capitis, aut etiam interlicturã. Nec ideo tñ Fortunæ temeritati liberi animi ceruices ſubmittere nos conuenit, ſed vultus ęquabilis conſtantiã ſpirituumq; infractoꝝ celſitudinẽ ante Dei cõſpectũ deiicere: in eiuſq; Prouidentiæ fidem ac preſidium nos conferre omnibus cum fortunis. Summum autem dolorum omnium lenimentum eſt, æquus inter hæc animus: donum quidem ipſe diuinum: non mentis arbitrarium q̃libet recte natura conſtitutæ. Quo ſane tanq̃ condimẽto rerum acerbiorum vtentes: Fortunæ hoimq; iniurias atq; iniquitates

non tantum vorare,ſed etiam concoquere ſic po-
terimus,ne damnum nobis ac detrimentū impor-
taſſe videantur. Ad ſtomachū porro iſtum facient
tria hęc præcipue perpenſa & æſtimata. Primum
eſt,ſi per naturā rerum acri ꝓcurrētes intentione
nihil eſſe actuoſius natura animaduertamus:nihil
imperioſius neceſſitate:nihil rectius Prouidentia.
Etenim ſi tolerantia neceſſariam cauſam habet:ſu
peruacuū eſt vtiq; quod cecidit ægre ferre,quum
animus æger fortunę vulnus altius ægre ferendo
altiuſq; ſenſim adigat:vimq; mali augeat & acer-
bet. Sin id a natura manat qđ nos vrit: cur incu-
ſamus naturam, quæ functione ſua vtitur? Nam
ſi in cōſtitutione concreti hominis aberratum eſt
non naturæ id vitiū eſt:ſed materiæ,quæ ſine ſub-
iecto nihil poteſt:præſertim cum finis eius ſit res
in meliorem ſtatum perducere atq; ꝓfectiorem. At
Prouidentiā ,puocare,plenū eſt inſanię, cū maiorē
ipſa appellare iuris diſceptatorem nequeamus,
apud quem qua de re agitur, in iudicium deduca
tur. Reliquū eſt ſi nō acquieſcimus, vt cū Fortuna
dāni dati experiamur:quę cū ipa legib9 ſoluta ſit,
immo legibus nō teneatur, vtpote parēs aleę,quis
ꝓtor nobis actionē daturus ſit nō video:aut qua le
ge,qua formula iudiciū ſimus conſtituturi. At eñ
(dicat aliqs) noxa accepta gemere ſaltē liceat:in-

teſtinũq; dolorem q̃rimonia lenire. Liceat ſane ſi id magnope iuuat, quaſi in vulnus incũbere, potius q̃ fomẽtũ pręſentaneũ q̃rere: ſed tñ ſi apud ipſam dãni auctorẽ q̃reris, apud nouercã q̃reris: q̃ conui ciis ipſa gaudet & intolerãtia. Si in vẽtos q̃relas ef fundis, indignũ eſt hoie docto. Apud Deũ porro pauperiẽ factã q̃ri innocenter q potes? qui in rerũ etiã aduerſarũ cãpum hilariter deſcẽdere delectos ſuos iubet, meſſẽ ſcilicet illic facturos cẽteſimo cũ fœnore redeũtis laboris. Quare priſci illi Heroes dogmatis Chriſtiani vere ſequaces & aſſertores, quorũ animos Deus in ſupplemẽtũ abſtractarum intelligẽtiarũ iã inde ante ęuũ cõditũ delegerat, li taſſe fortunę tã pnicioſũ ſemp eſſe cẽſuerũt, q̃ Di ti pri litare gẽtiles olim noxiũ exiſtimabãt, in cui? ſacrificiis cõtraria ſemp extra ſęcula eſſe arbitra bant. Inde elogia illa innocẽtiũ aiarum ſanctarũq; famigerata, qb? rerũ ſecũdarũ omẽ tanq̃ infauſtũ nefaſtũq; eſſe ac ꝓcurandũ videt. Qđ recta fide iã labefactata, lętis nũc ipſi animis excipim? atq; gu ſtientib?. Neq; tñ cũ hęc ꝓderẽ, ita integer ipſe & ſartus erã ab incõmodis aduẽtitiis & corporis & externis: nec ita immemor & ſecurus cõditiõis eo rum quibus Fortuna inimicitias denunciauit, vt non facile in rem pręſentem identidem poſſem de ducere animillicq; de ea re ipſa cognoſcere anteq;

pronũciarẽ. Nõ me tum fugiebat ita eſſe natura cõparatum humanę mentis captum ad res æternas & cœleſtes: vt coniecturæ mortalis atq; commẽtatiõis ratio quãtũuis exq̃ſitæ ſubducta: vix vnq̃ ita quadret & apta ſit cũ elogiis diuinis vatũq; ſacroſanctorũ, quin tolerantia atq; fortitudine prę ſtanti opus ſit, cum vel fortuna acerbe atrociterq; deſęuit, vel cum noxa illa ſtygia acriter tentat animum: ſtupereq; tum humana p̃cordia non neſcius ſum, cũ appulſus eſt aut cordi, aut corpori ſenſus vehemẽtis doloris: ſed tñ experimẽto didici lectionem ſacrã depulſricẽ tandẽ eſſe affectuũ imodicorum & ęgritudinis angẽtis: ſpeiq; bonę cõciliatricẽ: ex qua oriẽ ęquanimitas. Accedit q; patientię cõtra Fortunã ſicariũq; illũ ſpiritalẽ dimicanti, aduerſarũ illã rerum telis, prauis hunc inſtinctibus graſſantẽ animiq; exagitatiõibus, ſubſidia fere diuinitus rerũ in articulis tẽpeſtiueq; ſummittũtur quæ ceſſurũ alioquin animũ iamiãq; manus aduerſis rebus laribuſq; diris daturũ, ſtare in veſtigio faciũt: aut ita ceſſim ire, vt tñ ſcutũ non abiiciat. Vtcũq;, cum in cõfeſſo ſit neminẽ eſſe fere in familia Domini quin fuſtuariũ aliquando mereatur: nimirum præſtabilius eſt omnino hic quod meruimus pendere: q̃ in diẽ fati dilatos & ampliatos Ditis lorario tradi: qui nos beato, copioſo, ſplẽdido, fortu-

natoq; fumere elatos obtorto collo ducat. Huius ip
ſius fuſtuarii cum in capite & in fortunis nonnullas
vibices gerã, geſturuſq; ſim (vt credo) reliquã par
tem vitæ: ſic quoq; tamen arbitror mecum clemen
ter actum eſſe, prout eſt multorũ conditio e natio
ne fortunatorum. Et hæc ſunt commercia cœli, ni
ſi per impatientiam conſcelerando animum dero
garimus fidem cœleſti teſtimonio. Qz ſi iſtis for
tunatis & beatulis aduerſi interdũ caſus copiã ob
limarẽt exuberantem: ecquis eſt doctrinæ CHRI
STI retinẽs, qui non tum melius cũ ipſis actũ eſſe
exiſtimaret? vt quibus haud dubie ſanitatẽ mentis
præſtaret & conſeruaret veluti miſſus ſanguis re
dundantiæ. Cæterum ſi in huius rei diſceptatione
Muſarũ antiſtitis auctoritatẽ nõ nefas eſt laudare,
apud Homerũ vatem Achilles conſolabundus ad
Priamũ ſupplicem libro Iliados vltimo ita inquit.
Sinamus o Priame concidere dolores luctuſq; in
animo noſtro, ac cõſopiri. nam cũ moeroris nullus
eſt effectus: tũ etiã miſeris diuinit9 mortalib9 hoc
inditũ eſt: parcarũq; fuſis implicitũ & iniunctũ: vt
exigãt vitam per moeſtitiã. Cum quo poetæ dicto
conuenit hiſtoria Moſis de ſententia Dei luctum
nobis laboremq; denunciante perpetuum in vita.
Qua ſentẽtia in primum ipſa parẽrem lata ac pro
nũciata ore diuino, genus hominum tanq; in opus

perpetuum damnatum eſſe videmus cum ſudore obeundum ac peragẽdum. Hominem igitur ſeſe noſſe oportet, id quod caput eſt & veluti fons humanæ ſapiẽtiæ, quo ex fonte ducuntur animi inſtituendi excolendiq; rationes. tum deinde natalium ſuorum conditionem aſſidua recordatione æſtimãtem, cœleſtium quidem rerũ & mẽte tantũ perceptarũ admiratione ſenſim imbui, earũq; cõtemplationi aſſueſcere quoad eiꝰ facere poteſt, caducarũ vero rerũ & ex materia aptarum fluxa atq; interitura, opinionẽ falſam, iuſtoq; maiorem exuere cupiditatẽ. Sic fiet vt ipſe hauſta veritatis imagine illuſtratus, iis de rebus non magnopere laboret, queis adminiculatior animꝰ eſſe neqt aut ad ſe erigendũ cũ deiectꝰ eſt & elãguit, aut facilꝰ emergẽdũ cũ in luto rerũ ſęculariũ hęſit. Hãc animi cõſtitutionem q̃li q̃dã pediſſequa comitabit' æq̃nimitas, q̃ haud ęgris ipa oculis exuberãtiã i aliena ſegete videt, vnaq; in ſua calamitatẽ, i ſuo grege ſtragẽ, in vicini foeturã. Quid eni refert ſi recte atq; ordine hũana cõſideremꝰ, cumulent' nec ne facultates ex labore, an cõtra veluti tabe quadã infortunii extenuent' & accidãt': ſi qdẽ ex ęqtate ai labor vitę in ſũmã ꝓfecturus ẽ eiꝰ ſpei quã fouemꝰ? Tãetſi q̃ eſt iſta tãdẽ bonorũ extenuatio: cũ ex calamitate tolerantia haud dubie meſſura ſit qđ exuberet i p̃ciũ ſũmi boni cõ

parãdi,ad quẽ veluti ſcopũ oia referunt & ſpectãt hũanę mẽtis cõſulta,decreta,atq; elaborata:etiã ſi rari ſunt q collineẽt:Qui vero incõpoſito aĩo atq; indignabundo cõtingentiũ rerũ euentus excípiũt & proſequunt:quid aliud tãdẽ miſeri q̃ ſegetẽ(vt ita loquar)vertunt laborũ ſuorum atq; ſudorum, irritiq; ſpei euadũt,& ære ſũpédioq; diruti ęrũnæ exanclatæ, cum eo quoq; vt inſuper ſcelere ſe obſtringant capitalis contumacię?Quippe laborum noſtrorũ curarumq; fructus non euentu ſecundo conſtat & exoptato,ſed æquitate tñ animi:quæ res vna demũ ruſtũ operęprecium ſtatuit mortalibus ob ęrũnas vitę exhauſtas:neq; vllum eſt obſequium(vt opinor)duntaxat ſecundũ charitatem piam numeris ſuis oĩbus abſolutam:quo vberiorẽ gratiã locupletioręq; a deo ſummo inire ab ipſaq; prouidentia poſſimus:q̃ hac ipſa virtute cũ pietate ſuſcepta cõſtãterq; perlata.Iam illud quantopere dicã valere ad id quod nunc agimus:(neq; eñ id quiſq̃ inficiari poteſt,q qdem certe in CHRISTI verba adactũ eſſe ſe cõmemínerit:ne de eo quidẽ aſſenſum ſuſtinere)Prouidentiã ipſam ſollicitam eſſe quodã modo vicẽ noſtram,ſeduloq; curare ne qd a nobis externæ opis deſideret:quũ ipſam interim nihil fallere poſſit eorũ q̃ e re noſtra & ſalute ſunt æterna:Propiꝰ ẽt accedã, vrgeboq; acriꝰ.

Velim vt eodem in vestigio manẽs quispiã fortu-
natorũ roganti mihi respõdeat (qñ res dilationis
nõ est). Quęro igit' ex eo quisquis erit obui9, nũ
q vehemẽti vel q̃rendi angore vel quæsita sperata
ve amittendi pauore aut mœrore cruciãtur, inson-
tes apud Deum esse possint: quasiq; frugi se hoies
& ꝓuidos ipsi ꝓbare Prouidẽtię? an incuriam sui
potius eidem exprobrare videantur Prouidentię:
aut certe cõniuentiã soporem ve in suo discrimine,
aut iudiciũ suũ iudicio diuio anteponere, meliusq;
se nosse existimare q̃ sibi cõmoda atq; incõmoda
sint? Quanto igitur satius est? quãto & ad pietatẽ
innocentius, & ad inopiã debilitatemq; consilii hu-
mani appositius: in tam alta rerum caligine depre-
hensos in fidem & clementiam Prouidentiæ nos
nostraq; pignora ꝑmittere: q̃ aut Fortunę opẽ im-
plorare quasi fortunatricis: aut cœlum terræ mi-
scere (vt dictum est) querelas, gemitus, ineptiasq;
ingeminando, mœrentẽq; nobis consciscẽdo ęgri-
tudinẽ, quę sępe exest animum? At rerum aduersa-
rum acriores sunt experiundo stimuli, q̃ vt medi-
tata in vmbraculis aduersus eos ratio prouidere
satis possit: in eosq; instruere se animi cõsiliiq; præ-
sentia, & ita obfirmare vt par sit ipsa instanti præ-
sentiq; dimicationi. Hoc valeat in eos qui vmbra-
tili tantum palęstra periculum sui fecerunt, non itẽ

in eos quibus in campum deſcendere contigit, in ſoleq; æſtuare. Tu aliquãdo frater tyrocinĩũ rerũ aduerſarũ patiẽtię feciſti humanęq; iniqtatis. Ipſe etiã rudimẽta poſuiſſe me cõfido. Certe i hac animi palęſtra omni genere exercitus ſum, vt ſi quis vnq̃ meorũ æqualũ eiuſdẽq; ordinis & claſſis: nec in hac mea exercitatione lætæ triſtiſq; fortunæ facies, vices cõmutarunt inter ſe: eãdẽ ipſe fere vnũq; expertus ſum Fortunam, quã ancipitẽ alii variãq; nouere. Quo fit vt ſecurus in futurum iam eam: alterniſq; annis huiuſcemodi mulctas expectẽ ab illa quæ dicitur eſſe rerum arbitra: quales hactenus pertuli: eaſq; quaſi ſolennes quaſdam ſanguinis miſſiones non metuendas eſſe putem tametſi non redundantis, præſertim hac ætate. Quare pedibus haud illotis accedere ad præſidium philoſophiæ poſſumus quaſi iam tyrunculi tantoq; ſacramento adacti. Qui ſi fide bona ex animiq; ſententia in ditionem eius tranſierimus: non tempori neceſſitatiq; ſeruientes: quid iam obſtat quo minus fideliter atq; alacriter induamus eius arma, teſſeramq; ab ea petamus Deo bene iuuante? Id ſi nobis contigerit: quid magnificentius ad vitam e dignitate Encyclopædiæ traducendam, q̃ q; nouerca illa honeſtarum elegantiũq; diſciplinarũ: nec rictũ nobis deducere pro arbitratu ſuo, nec cõtrahere poterit?

Atq rerũ oim facultate copiaq; destitutis: omni itẽ consilio defectis (qđ mihi accidere nisi vi maiore nõ põt) illud saltẽ subsidiũ supest, vt iter dedititios Prouidentię, nedum inter alumnos Philosophię p fiteantur: quibus (vt opinor) ipsis sartos tectos esse licet ab vltimis exemplis indignitatis. Mediocria autem & obsoleta Fortunæ incommoda, quid aliud q̃ labores sunt iniuncti homini diuinitus, legitimæq; exercitationes palęstrę euangelicæ in cãpo luctus atq; mœroris? Itaq; has veluti sarcinas clitellares a Deo impositas & obligatas, q̃ maxime quisq; ęqui est ac sui noscitantis animi, gnariq; cõditionis humanæ: tam obsequiosissime fert ipse vel verius officiosissime. Q; siquãdo ferendo perferendoq; oneri non est animus debiliore temperatura constitutus (id enim accidere videmus interdum, sed sæpius hominũ ignauia, q̃ iniquitate onerum) Prouidentiæ tum partes sunt ita de insonte animo statuere, ne fraudi sit cuiq̃ qđ nõ sua culpa euenit, fieriq; nequit nisi lex diuina abroget, quin laboris ac tolerãtię hominibus cõstet tandẽ ratio q̃ amplissime. Verũ futura non prouidentes ii qui aduersarũ rerum insolentes sunt, euenta incommode excipiẽtes grauiter de se cõsulũt, sępe ad subita casuũ perculsos illos videas: ignauoq; animi deliqo cõcidẽtes & exanimatos. Sed exitiabilius est q; in

terdum rationis frenos reſpuimus, impotẽtes animi, & ſcientes prudẽteſq; malũ malis cumulamus. Hoc vetat philoſophia interdicto ſacroſancto retinendę mordicus reuerentię Dei atq; temperantię. Qz ſi iam noxam incauti admiſerimus, in gradum ipſa nos reponit ac reſtituit, interdicto eiuſdem recuperandę, vnde ſcilicet iræ impotentia nos eiecit aut dimouit. Pudere enim pigereq; debet hominẽ ſacrę ſcholę initiatũ, in conſpectu Dei id in ſeſe admittere intus per impatiẽtiã, quod in oculis vnius aut alterius arbitri ſine rubore nõ admitteret. Qz ſicubi fomenta philoſophiæ docto homini deſint, noſti q̃ ſit illud ſcitum quod aiunt, mutuandum eſſe conſilium a Seruatoris auctoritate, cuius fides aſylum eſt vnicuiq; obuium & ſalutare, qui quidẽ opem eius imploret. Cum illis vero nunc mihi ſermo non eſt, qui vel in cunis & crepundiis cũ fortuna benigniore delitiiſq; conſueuerũt, vel aliàs indulgentia eius corrupti doctrinę nõ capaces ſunt. Sinit illos Deus (vt ego quidẽ arbitror) in impotentia animorum ac licentia deſquire & laſſeſcere, quaſiq; in febre ſic in impatientia iactari & cõſudaſcere, fortaſſe vt multa fatigatione reddat obſequentioreis, quibuſcum ipſis tamen præclare agitur & clementer ſi hactenus defunguntur. At vero animi philoſophiæ inſtitutis quoquo modo tincti, ſi labo

ris moleſtiarũq; inſolentia ita inertes facti ſunt &
ſupini, ſuis vt rebus ſupereſſe nequeant, ſibiq; com
mode adeſſe fortuna nõ obſecũdante, ſimili lese illi
quidẽ nihi culpa pariq; animaduerſiõe obſtringe
re videtur, atq; boues faciunt cũ aut iuſto curatio
res, aut a paſcuis lętioribus nitẽtes & obeſi ad iu
gũ obtrudũtur. Vt eñ illi delitiis & ſucceſſu mol
liores facti, detrectatoreſq; laboris, in rerũ aut tem
porũ difficultate ſtatim ęſtuant, animũq; perferẽdi
deſpondẽt, ſic ignaua iumenta in ſulco cito decum
bũt, vel poſt vnã alteramq; verſuram anhelabunde
reſtitant, nec iam aratoris hortamentis audientes
ſunt. Huiuſcemodi autem anímãtes quid aliud di
camus q̃ victimariũ manere & laniũ, cũ iam vſui eſ
ſe nequeant, niſi ſi iterũ earũ adipes extenuare dís
non grauet? Atq; eos quidẽ nondũ attingo fortu
na maiore prędítos & prouectos, qui velut admiſ
ſarii ſagina rerũ ſecundarũ laſciuientes, omnis mo
ſtitię incõmoditatiſq; imunitate fruunt, quaſiq; ſa
luti ſunt lege illa naturę, q̃ genus humanũ ęrumno
ſas in operas laboreſq; damnauit. Ex quorũ natio
ne quoſdã vidimus per varias rerum intemperies
eodem tenore felicitatis, Parcarum (vt ita dicam)
colu humeriſq; vehentes, nunc plaudente, nunc ob
ſtrepẽte populo. Huiuſcemodi ſunt pręſtigię. For
tunę rerum mirandarum deſignatricis, quæ Cęſa

res,& Alexãdros,Syllaſq; ſanguinarios ceruicibus ſuis ſuſtulit in ſublime:ac per incredibiles rerũ varietates diſcrimínaq; pertulit incolumes,nõnullos ipſa viciſſim ſuccollans ac deſtituẽs,quo mirificentius potentiã ſuã venditaret ín rerũ artículis euariante alea: & tenore tñ fauoris ab eo nõ aberrãte cardíne quo ſumma rerũ vertitur.Hęc eſt illa ſcilicet mirãda vis facorũ:quę cauſas quidẽ ipſa cęcas habet ín cœlo fortaſſe vel deſcriptas vel adumbratas:quarũ effectus auctores Genethliací preſciſcere ſe affirmant. qua de re quid ſentírem ín primo libro perſtrínxi. Ephectice enim de futuris philoſophantibus q̃ cataleptíce libentíus aſtipulari ſolco: curioſumq; ac piaculare eſſe cenſeo fatídicos íſtos conſulere quaſi Parcarum antíſtites: quí cum fatorum commentatíos ín manibus habere ſe profiteantur, nefariæ vaniloquentiæ ídentidem manifeſti ſunt. Neq; autem omnibus iis in rebus ín quíbus vel Fortuna vel circulatrix illa noxa, circũfuſa ímperitorũ corona gaudens,plauſum capcat præſtigíarum, nõ ſua conſtat ratio auctoritaſq; Prouidentię. Eſt em̃ eſt ípſa vt ín humanis ꝓcordiis flexanímaſic ín fortunæ temeritate tãq̃ moderatrix architectonica rectrixq;.Nam cuí dubítum eſt ínſignes rerum temporumq; ínclínationes atq; cõuerſiones,ortus occaſuſq; ímperiorũ,Deũ voũ habere

in poteſtate? diuino item numine cõſulta, incœpta, geſta hominũ effectus ſuos ſortiri: aut in irritum vaneſcere? cum interim arbitrium humanũ & cupiditatem effrenem, tum noxiarum poteſtatum inſtinctum, cæcoſq; vecordiæ ſtimulos ita temperet ac retundat Deus ſua prouidẽtia: vt in temporum ipſa rerumq; competentiam vertant atq; euadant fatis olim deſtinatam: cedãtq; in ſummam regiminis atq; adminiſtrationis orbis terrarum ea ſæpe, quæ primordia ſua duxere ab origine facinoroſa. Verum (o ſuperi boni) quot tandem, q̃ rapidis, q̃ turbulentis æſtibus affectuum impotentium illos iactari exiſtimas, quos Fortuna per huiuſcemodi ſucceſſus deinceps alios alioſq; promouet? Equidẽ nullos homines opinor minus aut ſui mãcipii eſſe, aut animi ſui poſſeſſores: cum interea ſacra ipſi fame quærendi exagitati, quæcunq; luſtrare oculis poſſunt, prę habẽdi poſſidẽdiq; cupiditate vorare videantur. Quorundam certe animorum habitum ſi quis pẽſitare conſideret ac perſpiciat: quoddam omnino inſtar pœnæ ſupplicii inferorũ videbuntur, vt (verbi gratia) quod de Ixione fabulantur antiqui. Nam vt is amore Iunonis deperiens, quum ſimulacro eius inani ac nubiloſo incubuiſſet: Veneris ludibrio ita tum deceptus eſt: vt etiam poſt mortem apud inferos ad rotam aſtrictus ſit a poe-

tis,iugiq; vertigine circũactus, ſic iſti omnibus pe
ne ſenſibus capti pre nimia cupiditate,imaginarię
quoq; bonorũ poſſeſſioni incumbẽtes fruitioniq;,
adumbratã quidẽ felicitatẽ pro vera cõſectantur,
ſtolidamq; pro ſolida, tãtiq; erroris pœnas pẽdere
mihi ipſi vidẽtur,cũ in rota Fortunę collocati, tol
lãtur viciſſim & ſubmittãtur,prout ſpes inſtabilis
erigit hiantẽ cupiditatẽ aut deſtituit. Agat igitur
fortuna,feratq; quę mea eſſe dicũtur , modo ne ab
ea ſic rapiar,viuuſq; ac vidẽs(vt aiũt)mihi Philo
logięq; auferar.preſertim cũ innocẽtiſſimi viri, re
rũq; diuinarũ conſultiſſimi,& fortunarũ calamita
tes,& corporis ærumnas afflictationeſq; , nomi
na iam ipſa inuidioſa apud omneis,tamen vt æter
næ felicitatis pignus etiã amplectendas duxerint.
Et alioqui cõpactilis iſtorũ felicitas atq; opulentia,
ſolutilis quoq; vt ſit neceſſe eſt,cũ primũ Fortunæ
collibuerit ſpargere quę collegit,& diſtrahere quæ
contraxit.Ita fit interdũ vt belli iſti fortunati ab il
la ſua ornatrice deſerti ac proditi,ſimiles ſint pauo
num quib9 caudę ſpecioſę inſignia euulſa ſunt aut
excuſſa,qui ſi exempti decoris immemores efferre
ſe & oſtentare cœperint,riſu excipiuntur,cũ inami
ter irriteq; rotentur. Sic iſti qui exemptili ornamẽ
to aduentitioq; tument,non intelligunt precaria ſe
felicitate cenſeri,qui cẽſus quintã claſſem tõ egre

ditur censurã agentibus sapientia & equitate. Sed sint sane tam valida penatiũ coagmenta, quos isti hodie architectantur, solui vt ipsa nequeant nisi ali qua vi maiore, quod nõ sępe accidit. Quosdã enim vidimus iamiam ruituris similes, Fortuna scilicet alumnos suos territãte per ludificationem, & velu ti fastidiũ simulante delitiarũ suarũ, deinde velut re dintegrata gratia fastigium ipsis altius addidisse, magis adeo vt sedimentũ grauioris fortunę molis factũ esse diceres ea mutatione, q̃ penates ipsos gẽ tis nouę labefactatos. Verũ esto (vt aiebã) sit illa propria, stabilisq; Fortunę benignitas, num igitur continuo beatos illos pronũciabis ob eã ipsam bo norũ possessionẽ? Ipse equidẽ certe, nec si explora tũ senectutis finẽ habeam. Nã quid ęrũnosius q̃ fa stigia ista gentilitia extruere per tot iactationes ca suum, tot æstus curarũ atq; fatigatiões animi? qui bus nec ipsis manũ extremã ii sint imposituri qui fundamẽta iecerint, ne imposituros quidẽ sperare audeãt, cũ in incertã altitudinẽ formã delinearint. Quid q; compertũ habere nequeunt an quos suc cessores operis inchoati relinquunt, ii & gnauiter & scite pręscripta conceptæ amplitudinis secuturi sint? Quid si etiam illud in dubium venit, vtrũ hu iuscemodi operũ arbitratrix architectiq; vicem im plens, operam successoribus eadẽ facilitate nauatu

ra fit, fauorēq; adhibitura? Ita fit vt ii q imagines
ſuæ gentis condere omnibus (vt dicitur) vnguis
adnitūtur: in auroq; & argento nomina ſua incide
re: ne opinione quidem tenus felices eſſe queant ſi
rem ad verū exacteq; exquirimus. Quæ (malum)
igitur vecordia eſt tot naturæ moleſtias, quas vi-
tare non poſſumus: exquiſitis ærumnis curioſe cu
mulare? At in id ergaſtulum ſeſe dare hominibus
ſoléne eſt, quos pudet intra natalium ſuorum mo-
dum acquieſcere. Adeo ſi diſpicere veritatem va-
cet nobis, atq; ocioſe animaduertere ſingula expe
dereq; non pigeat: quid aliud iam multitudo homi
num procerum iuxta & opificum inter hoſq; me-
diorum, q̄ metallarii ſunt: in opus illi quidem per-
petuum coniecti ac damnati ſententia communis
prudentiæ? Ab hac autem ſententia cum appellare
philoſophiam liceat, eiuſq; comites iuris æquioris
conſultos, moribuſq; cōſtituti hominū naturę ma-
gis indulgentium: ſi tu ſententiam illam Frater vul
garem & publicā aut probas aut ſequeris: quid ve
tat quo minus te ad iudices illos maiores ego, quo
cem cū literas tu noueris? Cedo igitur quēuis eo-
rum arbitrū, ni iſti quos dixi, plane ſunt ſeruí poe-
næ, ſententia ſenſus communis irrogatæ: qui ſæpe
ipſe litem ſuam facit ambitioſe, cupide, ſordide
iudicando de bonis animi, corporis, & externis. Etc.

iſtos pudet (ſi diuis placet) in orbē ſe cogere: qui in ergaſtulum ſe dederunt dirę cupiditatis? & qui palmarium eſſe ducunt, ſupra claſſem ſuā emicare q̄ altiſſime, pudēdū eſſe nō vidēt infra dedititiorū conditionē ſe demittere? Ita ne vero præpoſtere cō parata eſt hominū prudentia, vt quos ciuilis vitæ ſtatus cū libertate pœnituit, hos tędere non poſſit addictę volūtatis, & ſeruitutis peculioſę? O homines miſere perditeq; beatos: quoq; inexplebilem cupiditatis ſinū ſucceſſus in dies in horaſq; intendit atq; etiā proportione capturę magis ac magis patefacit. O laborē irritū & inanē, ex quo fructū nullū honeſtæ voluptatis, ſed meſſem potius curarū, anxietatum, æſtuūq; mētis faciūt: in ſemētem aliā aliāq; deinceps æruminarū ſane fœcūdam ac reſtibilem. Et vt Sciuros videmus caueola clauſos orichalcea, tympanū illud ſuū caueæ appēdicē ſedulo conuoluentes, quum magno ipſi conatu ſtrepituq; moueantur atq; voluantur: nec ideo tamen quicq̄ promoueantur ac prouoluantur: quippe cum tympanū eūdem ſemper numero locū circinet, axiculo ſcilicet ſemper eodem ſuper centro rotato: ſic iſti nihil vllo labore ſudoreq; proficiunt in ſummam eius operis, quo dies noctesq; fatigantur: & quum perinde atq; illi actuoſi eſſe videantur: nihilo efficaciores ſunt ad finem adipiſcendum laborum. Sem

per em̃ idem orbis negociorũ molestiarũq; irrito labore voluendus est iis qui in pistrinũ se dederunt cupiditatis atq; ambitionis. Ecquẽ em̃ tu nosti, qui semp̃ satagendo, sibi aliqñ satisfecerit? Certe nemo est iuris simul & hũanitatis cõsultus, quin istos primi & secũdi fastigii petitores, non in toga quidẽ illos cãdida, sed i veste gemina & ancipiti, nõ modo capite, sed etiã corde minutos esse cõtendat. Proin de cũ finẽ nullũ habeat id vitę institutũ cuius Fortuna & prędes & potẽs esse credit, & vitę ad exitũ nulla nõ hora cedat, esse in eo vtiq; instituto humana felicitas nequit. Quo impẽdio magis admirari subit cuiq; hæc reputãti, hoim secordiã ne dicã vę cordiã, quorũ studiũ insanũ in q̃rendis cõgerẽdisq; opibus, tũ in condẽdis & asseruãdis ac per manus tradẽdis ab atauis ad ꝓnepotes, quid ꝙ dinos iam imortales, quid inquã cõfert nisi vsum tollit & fructũ fruitionẽq; earũ? At vsu sublato qd tandẽ aurũ & argẽtũ aliis ꝓstat metallis? qd ꝓdiũ opimũ vbertatisq; inexhaustę, exili & calamitoso? cẽsus classicꝰ proletario? Regię Perficę instrumẽtũ Diogenis supellectili? Vñ porro auri tãta fames? nũ spõte natura in hoibus exist it? Nõ, inqs, arbitror. Quo igit tidẽ aut vnde diuitiarũ aceruũ, q ne a Cręso quidẽ finitus est aut Pythio copiosissimis beatorũ? Heu vanitas, q̃ mẽdaces cũ in aliis tũ vero in hac ipsa na

mores? Aiunt oēs ſeſe aduerſus neceſſitatē inſtruere: ad naturę vſum ſubſidia parare, flagitatricis ſcilicet & vndiq; deſtitutę ni ſedulo ſuppetias iret hominū prouidētia. Hic ſi riſum nō tenueris cū hoc dicāt ii quos diuitiis affluētibus ſuffarcinatos eſſe nouiſti: illi eniuero ad icerta caſuū, morboꝝ, vis maioris, & ad ſubſidia deniq; ſenectutis cōdere nōnihil opus eſſe cōtēdēt: eāq; demū ob cauſam partis parcere ſe nō ob aliā, ſolere. Qui liberos habēt prę textum arripiūt filiarū oblocandarū, patrimoniiq; pupillis relinquēdi: q pignus nullū habēt, ab impudētia p̄textū mutuant: deſtitutā cauſantes orbamq; ſenectutē. Quo te hic circūuertas? ita ne vero cū diuitiis redundantibus circūfluāt: ſubſidia iſta ſenectuti aut liberis cōponere eos credā: aut contra egeſtatē tm̄ inſtructos ſe cupere? Cur igit̄ accedētibus copiis aut ſublatis liberis (vt ſępe fit) nō ad portionē decedit auaritia anxiaq; cupiditas? Cur in vicē angētiū curarū nō ſuccedit tādē q̄rēdi habēdiq; ſecuritas? Quaſi vero obſcurū ſit hiantē illā ingluuiē p eo vt expleatur infarciendo: in dies magis diſtēdi: nec vllū habere ſenſum hauriendis magnis quęſtibus niſi inter vorandum: vtpote quum lucri hauſti ſaliua in os rediens, nō tam referat ſuauitatem rerum iam cōpoſitarū, q̄ intendat acrimoniam quęrēdi ad eū vſq; modum, qui in dies alius

aliuſq; deſtinatur. Ferũ ꝓfecto dirũq; vicus animi, (nihil eñ ſignificãtius dixerim) quod non modo, remediis nõ cedit, ſed etiã medẽdo exacerbat. Et tã to errore vita ducit: vt hoies ſic affecti, hoc morbo prędicti, his intẽperiis veſanę cupiditatis acti, felices etiã eſſe beatiq; credant? Proh ſuperi iã beati, quid eſt ſi hęc inſania nõ ẽ? Hæc illa ſunt bona viſenda, contrectanda, aſſeruanda, draconteaq; vigilãtia cuſtodienda, non item vtenda fruendaq; ne pereant, quibus venerãda illa fortunarũ felicitatiſq; inſtitrix cęca ipſa ac volubilis, magnifice ſeſe ſuũq; imperiũ inter mortales venditat, ſuſpiciendũq; prębet, idẽtidem ipſa ꝓcaria ſua repetita in alium aliũq; tranſferẽs. & tñ ea bona nemo ꝓcario accipere ſe credit ſed mancipio: cũ interim vita ipſa qua nihil magis propriũ eſſe poteſt, vſu detur nõ mancipio: vt inqt Lucretius. Proinde valere ipſam: valere inquam tinamus Fortunã cũ ſuis fortunatis, qui qdẽ ipſi vt almam eam colunt: credamus ſapientiæ Dei: quæ claſſico quoquo gentiũ exaudibili, auctoritatẽ fortunę abrogandã cenſuit: religionẽq; eius euerrẽdã (vt ita loquar) abſtergendãq; mãdauit e ꝓcordiis hominũ nõ excordiũ. Ecce tibi vel mihi potius circa fortunę bona obhęreſcẽti, veluti cœlo demiſſus ſacrorum vatum Homerus. Vę tibi (inquit) qui mõtis ſancti mei oblitus, ponis fortunæ mẽſam, &

libas ſup eā. ſiquidē propediē in te gladio animad-
uertā. Hoc thema atq; argumentū eſſe poſſet lon-
gę enarrationis homini qui dicēdo explicare rē di-
gne noſſet, mihi nunc rei ſumma colligēda ſic vide
tur, vt qui auctoritate diuina ducat potius q̄ pru-
dētia hac cōmuni, (quę ipſa nō dubie mera eſt ſtul
titia, recte atq; ordine mores ad librā rationis per-
pendentibus) is ſi literarū notitia mediocri prędi-
tus ſit, & alioqui ſui ſit ipſe iuris & arbitrii, primo
quoq; tempore ſeduloq; facere debeat vt ſe det phi
loſophię tanq̄ vitę magiſtrę, qua ipſe pręmōſtran-
te facile diſpiciet in tanta rerū turba, quæ nā digna
ſit vitę inſtitutio, in quā animi neruos contendere
debeamus, qui finis bonorū futurus ſit malorūq;,
ad quē vel adipiſcendū vel vitandū humanę ratio-
nis ſumma neceſſe eſt vt incūbat ſi recte cōparata
eſt. In hoc aūt animi inſtituēdi proceſſu nihil ęque
fortaſſe mētis eius conſtantiā confirmationēq; in-
ceſſet, interdūq; labefactabit, q̄ varietatis fortunæ
temeritatiſq; reputatio, quę velut amuſſis cōcolor
materię in qua ducit, diſcrimē nullū facit, nō inge-
niorū, non morū, non meritorū, non nataliū, nō do-
ctrinę, aut in finiſtrā partem facit impulſore genio
humanarū rerū interturbatore perditiſſimo, quo
longius ſcilicet homines a veritatis cōſpectu redu-
cantur, abducanturq; in diuerſum. q̄q̄ eius rei cau-

ſas Theologorum vulgus non ſatis expediunt. Ne q; vero poteſt philoſophia niſi præſenti numine cõ firmata (quod rari eſt exẽpli) tãto conſtantię robore aciem mẽtis ſuę firmare aduerſus cęcos mucrones improuiſoſq; fortunę: quin fluctuãte interdũ perſuaſione recta: deinde etiã cõſtãtia impulſa, perculſaq; ratione, res ad Triarios (vt dicitur) redeat. Quare homini philoſophiæ ſtudioſo nõ cõmittendũ vt in rationis ac doctrinæ robore victoriã exploratã eſſe cenſeat: hoc eſt enim nõ ſe noſſe, qua nulla eſt fere exitiabilior ignorantia: ſubſidiis firmanda mens: quæ ad omnes ipſa caſus prouiſa, pręmeditata, qualiq; in ꝓpinctu eſſe oportet: ne ſi Fortunã impreſſionẽ validiorẽ facere in hominis copias contigerit: aut etiã ad eius vſq; corpus tumultus peruenerit atq; trepidatio: non modo virtus & innocẽtia a fortuna caſuq; laboraſſe, ſed etiã plane ſuccubuiſſe videatur. Sæpe em̃ eouſq; valet hoſtis peruigilis omniũq; occaſionũ aucupis ſolertia & improbitas: vt innocentia vndiq; circũuenta abrupto neceſſitatis inopięq; cõſilii aut opitulationis, nullũ iam nec in ſe nec in Philoſophia magiſtra præſidiũ inueniat. Quo fit vt ſumma indignitate hominẽ quodã modo pœniteat pudeatq; philoſophię atq; virtutis: cuius in re pręſenti caſſa atq; inania ſubſidia repta ſunt. Ibi tũ fœda ſpecies animi

se suaq; p̄sidia, doctrinaq; & virtutis maiestatē pro nihilo ducētis prę fortunę fauore atq; numine: ibi religionē interdū innocētiāq; videas abiecta honesti reuerentia fœde se impiare, rationē sibi cōstare negātes operę virtuti tolerātięq; impēsę lōgo atq; inoffenso tenore. Hæc exēpla diuinitus (vt arbitror) ꝓdita sunt aliqñ, quasi q̄dā eleuamēta humanę prudentię: vel verius refutamenta vaniloquētię Stoicę: q̄ sapiētē ip̄a suū ita ex sese aptū fecit: vt totus ipse in semetip̄m vergeret & verteret, quū reapse in infirma natura Deus nihil ꝓpriū iurisq; sui cōdiderit: p̄ter vnū arbitriū, quod libertate donauit. Quapropter cauēdū summopere vidēdūq; ne sutor vltra crepidā (quod aiūt) in his rebus æstimādis. Sua em̄ cuiusq; iudicis cognitio est atq; disceptatio. Ius e cœlo petere & accipe æquis animis debemus, nō de cœlo ius dicere. Sed quod dicere cœperā, mirificę nōnūq̄ fortunę collusiones cū illo veteratore Stygio ratiōis humanę oppugnatore, exprobrāt quodāmodo cōniuētiā Prouidētię, aut quandā incuriā obliuionēve hominū sic affectorū: dūtaxat opinione stultorū: qui vitā hāc nesciūt sacrorū pugilū esse campū: eosq; demū victores surdo p̄conio pronūciari, qui cū incōmodis vitæ diu multūq; cōflictati, ad postremū perstiterūt. Cuius rei tū multa testimonia sacris cōsignata monumē-

tis,cū illud luculentū habemus in hiſtoria Iobi hie-
ronicę inclyti,multarū palmarū athletę in aduerſa-
rū rerū agone,cuius exēplo cōparare nos & expe-
dit & neceſſe eſt,patientięq; partes tanq̄ in numera-
rato habere,ne cū in diſcrimē ventū erit, repētinis
caſibus oppreſſi,animū ad imaginē dei effictū cō-
ſceleremus abiecto ſcuto fidelis conſtantiæ,hoſtiq;
ignauiter permittamus,tanq̄ dedititiū. Sciūt autē
ii demū qui ſæpe periclitātur,q̄ in hoc articulo ra-
tio ꝓcliuis ſit in errorē,animuſq; facilis ſi deliquiū,
tūq; ꝑcipue cū moerores ſemel atq; iterū ſuppreſſi,
velut recidiui ifeſtiores denuo atrocioreſq; cooriū-
tur,tolerantiā identidem lancinātes ad tędiū vſq;
lucis. Hic loc⁹ eſt certe,vbi nemo q̄uis philoſoph⁹
quātūuis ętate ꝓuectus,ſatis eſſe tutelę ſuę poteſt.
Quare tutricē Prouidentiā & auctorē ad eam rem
diſceptandā tranſigendāq; operępreciū eſt aſciſce-
re,homini quidē qui recte conſtituta opinione de
diuinitate ducitur. Etenim ſi ad omnes caſus ſubſi-
dia in homine natura indidiſſet ac parauiſſet, ani-
mus vtiq; recte cōſtitutus fatis nunq̄ cederet,nuſq̄
manus daret fortunę,nuſq̄ Horci lictori. Nūc ve-
ro in rebus aduerſiſſimis quędā adeo ſunt impedi-
ta,vix vt explicare poſſit ratio quid ſit factu opti-
mū. Ne philoſophia quidē moralis ūi vberē penū
habet,vnde promere cito fomenta leniētaq; poſ-

fit ad ægritudinem animi angẽtem & enecantem. Multa quidem ipſa viſenda, iucũda, fructuoſaq; do cet, ſed quę imparia ſint ſępe dolori, ſi cum eo com mittantur in re p̃ſenti. Quare vbi doctrina torpet, poſtq̃ rationis acies pugnando obtuſa eſt, cũ iam robur naturę fatiſcit, deniq; poſtq̃ cõſolationis phi loſophicę ſplendor turbine aliquo perculſus & ful mine perſtrictus eſt rerum aduerſiſſimarũ, ibi tum ibi vnica ſalutis ſpes eſt ſacroſãcta oracula libroſq; hierographos adeuntibus, in fidéq; & opem diui nã venientibus, qui velut ſupplices dedititiiq; Dei, intra p̃ſidia mox Prouidentię haud dubie recipium tur. Cum autem tumultus tandem cõquieuerit, tũ omni ope adniti contendereq; debemus, vt in edi tiorem ſtatũ quaſiq; in arcem æquanimitatis eua damus paulatim meditãdo tolerantiã, in qua par tes omnes rationis ac cõſtantię veluti in numerato habẽtur. Iacentẽ autem animũ, & aut rebus aduer ſis afflictũ, aut colluctatione fortunę vehementius fatigatũ, illinc omnino erectura eſt diuinarũ rerum æuiq; infra ſupraq; futuri meditatio, qui æquanimi tate inde cõcepta & enata ſtare vtiq; melius poteſt & obnixius, q̃ inani & fluxo fortunarum affluẽtiũ adminiculo fultus, quaſiq; imbecilli armamẽto hu manę inſtabilitatis. Nam quid aut incõgruentius eſt, aut inutilius laborioſum & operoſũ, q̃ & breuis

& precariæ lucis vsuram non temporario apparatu sed perpetuo statuminandam ducere? Itaq; auferat sane quiduis Fortuna: cornu tm̄ illud Amaltheę, id est animi æquitatem, dono det mihi Prouidentia: id ego instar esse ducam protinus copiæ exuberantis. vt enim multa desiderē, pauca tamen exposcam. Hæc habui Draco frater quæ de fortuna tibi scriberem: quę si in animis nostris aut cuiusq̄ penitus insederint: aras nimirum Fortunæ e sacello cordis euertent aut disturbabunt. Res autem ita tulit, vt tu occasionē mihi dares in Fortunam aliquid cōmentandi, cui ipsi Charisteria quædam huiuscemodi debebam ob ea quę de me merita est pridem, dudum, nudiustertius aut quartus meretur q; quotidie. Nihil autem mihi optabilius præstātiusq; ad vitam esse existimare cœperam: q̄ si propugnaculū quoddā æquanimitatis extruere mihi possem, vnde tutius securiusq; agerem, & starem aduersus castellum illud improbitatis Fortunæ: quæ meas semper improba rationes discussit & conturbauit, quas ad Philologiā tm̄ meam tuēndam subduxeram: philosophiāq; capessendā. Nihil em̄ (vt nosti) mereri vnq̄ volui, ex quo quidē candidatus esse cœpi in comitiis Mineruę: salutē vt dicerē disciplinis elegātioribus, quarū amore nō leue corporis dispendium patrimoniiq; cōtempsi. Itaq;

accepta literarũ tuarũ ansa libens hilarisq; feci: vt animi mei sententiã de bonis fortuitis obuenienti busq; scriberẽ: tibiq; eã epistolę vice mitterem. Ex ipsa autẽ intelligere poteris: quoddã veluti callum stomacho meo esse obductũ cõsuetudine ac necessitate vsurpádę patiẽtię. Est enĩ, quod nõ ignoras, hic habitus animi rerũ alĩnus incõmodarum atq; etiã difficiliũ. Necessitudini vero nostræ tribues, aut si qs etiã alius hęc legerit, quod tibi quasi sylua meditationũ mearũ cogitationũq; cõgessi tribus libris distinctã ita vt in ambulationib9 Marlianis cõcẽturiádas se dederũt. Neq; enĩ operę esse pciũ videbat' in ordines eas digerere, ne seriẽ interpolarẽ atq; frangerẽ, quã res ipsę subeũdo cõnexuerũt, flumẽq; retardarẽ mẽtis eas volutãtis. Et memini sti (vt arbitror) me tibi sępe dixisse, meũ esse hũc morẽ cõmentandi, vt plena vela pandã statim atq; altũ tenui, nec emensum iam spatiũ respectem quo ad afflatus me destituat, sinusq; iam flaccescãt. Cęterũ si hoc opus cõductũ a me ociosius redẽptũq; fuisset, nõ fortuito oblatũ & statim manu missum, erat omnino huiuscemodi quod ad lucernã sacrã Solomonisq; bona ex parte potius q̃ Zenonis aut Chrysippi aut cuiusq̃ eius ordinis atq; temporis elucubrandum foret.

τέλος.

BRITISH MUSEUM